# ANALECTA
# BOLLANDIANA

Seminar f. alte Kirchengeschichte u. Patrologie
Universität München

## TOMUS XXVII

EDIDERUNT

CAROLUS DE SMEDT, FRANCISCUS VAN ORTROY,
HIPPOLYTUS DELEHAYE,
ALBERTUS PONCELET ET PAULUS PEETERS

PRESBYTERI SOCIETATIS IESU

BRUXELLIS

BUREAUX DE LA REVUE
Société des Bollandistes
775, Boulevard Militaire

IMPRIMERIE
Joseph Polleunis
45, rue Sans-Souci

1908

[illegible]

[illegible]

[illegible][25]

[26] [illegible]

[22] [illegible] : A [23] [illegible]

[24] [illegible] (?) [illegible] Man. rec. trans marg. : [illegible]

[25] Clausulam addidit corrector. [26] Interposito scholio de mensibus, sequitur haec annotatio quae martyrologio continuari videtur.

---



**Rursus index complectens festa Domini et sanctorum per circulum annuum, ordinatus a sancto Iacobo Edesseno ; cuius oratio nos adiuvet.**

OCTOBRIS.

TESRIN PRIOR. Anni Syrorum principium. Huius mensis dies unus et triginta. Signum ܐ. Horae diurnae undecim cum dimidia, nocturnae duodecim cum dimidia.

I. 1. Commemoratio omnium doctorum Syrorum. 2. Et Mari e Beth Sahde (1). 3. Et sanctus Abai atque Adurphiruzgard pater eius (2). 4. Et sanctus Platonius archiepiscopus et martyr, qui membris captus erat et ab *Eusebio Samosatae episcopo sanatus fuit (3). Cum eo coronam accepit et mater eius (4). 5. Et Iulianus Antiochensis martyr. 6. Et (commemoratio) Hananiae discipuli. 7. Et sanctus Asia (5). — II. 1. (Memoria) martyrum monasterii Karkaphtae (6). 2. Et Cyprianus atque Iusta. 3. Et

(1) Cf. nov. 10[1]. Sanctus nobis incognitus : nisi Mari vel Mares iste Martyropolitanus intellegendus sit Maruthas Maipheractae (i. e. Martyropoleos) episcopus qui die 2 octobris annuntiatur in calendario quod edidit SACHAU. C : ܡܪܝ ܒܝܬ ܣܗ̈ܕܐ « *Sanctus Beth Sâhde* ». — (2) Abaï qui et *Mihršâbôr*, occisus fuisse dictitabatur a patre suo an. Graecorum 671 (SACHAU, p. 814 : *Historia S. Abai in coenobio Killith*. Cf. MADDEN, in cod. carsun. Brit. Mus. 8[11] : قصة القديس مار اباي الشاهد الزكي وابوه اذورفروزجرد وامه اسطينا وخمسة الف شاهد الذي انقتلوا بسببه وربانه مار اباي *Historia sancti Mar Abai martyris integri et patris eius Aduzphiruzgerd et matris eius Astinae et quinque milium martyrum qui eius causa caesi sunt, et sancti Abai eius magistri*). De coenobio Killith, vide ad d. 24 sept. — (3) Cf. Vita syriaca Eusebii Samosatensis (BEDJAN, VI, 343-49) : ubi tamen paralytici nomen non indicatur. — (4) Vidua romana ordinis senatorii (« syncletica », *ibid*,, p. 343 et al.). — (5) I. e. Pantaleon (d. 15[2]) vel Panteleemon (cf. iul. 27[1]). — (6) Quod interpreteris « monasterium verticis » vel « calvae » (aut fortasse « Golgothae »). Situm istud erat in pago Magdala, prope *Reš'aina*, quae postea dicta est Θεοδοσιούπολις (G. HOFFMANN, *Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft*, t. XXXIII, 1878, p. 745. Quae de eodem loco vir ille doctissimus postea exposuit in ephemeride *Zeitschrift für die altestamentliche Wissenschaft*, assequi non potuimus). Eodem die in *CP*. passus annuntiatur Michael archimandrita cum monachis XXXVI quos Hagareni trucidaverunt ἐν μοναστηρίῳ λεγομένῳ Ζώβῃ (al. Ζόβῃ) πλησίον Σεβαστουπόλεως, tempore Constantini et Irenes. Ζώβη non admodum discrepat ab incerta illa Soba (ܨܘܒܐ) quam Syri recentiores aiunt esse Nisibin; nec sine specie veri : Nisibi enim nomen graece fuit etiam Σιβάπολις (vide Passionem S. Febroniae, *Acta SS.*, Iun. V. 17 et seqq.). Annotare quoque iuvat aetatem Constantini et Irenes fuisse in Syrorum memoria perpetuis Arabum in Mesopotamiam grassationibus et caedibus infamem (cf. MICH., III, 479 seqq.). Haec tamquam ad meliorem responsionem aucupandam caute proposita sunto.

Elias (1). 4. Et Symeon (2). 5. Dencha metropolita (3). — III. 1. Coronatio sancti Abdae qui et Aser, martyr Iudaeus e Singar (4). 2. Et sanctus Bacchus. — IV. 1. Dometius paralysis sanator (5). 2. Et Hierotheus magister Dionysii magni. 3. Et Callisthene, martyr, (quae invocatur) ad oculorum curationem. — V. 1. * Mamelchta psaltria (6) e Beth Garmai. 2. Et Ioseph patriarcha (7). — VI. 1. Coronatio Thomae apostoli et Misdaeus rex Indiae, Iohannes eius filius (8) huiusque mater Tertia. 3. Et decem monachi Kartaminenses, qui fraterculi vocantur (9). 4. Et martyres quadringenti octoginta tres (10). — VII. 1. Coronatio Sergii et Bacchi, tempore Maximiani. 2. Et abbas Paulus Thmueos. 3. Et abbas Iohannes pusillus. — VIII. 1. Barsamias Edessae

(1) B. *Elias asceta.* Animadverte Eliam patriarcham Antiochensem mortuum esse die 3 octobr. an. D. 723 (MICH., II, 456). — (2) Discipulus S. Samuelis Kartaminensis et alter coenobii conditor. Obiit die 13 ian. an. D. 433. « *Alterum eius festum celebratur mense tesrin priore* » (B, fol. 71). — (3) Probabiliter *Denha*, i. e. « Epiphanius » Iacobitarum maphrianus huius nominis primus, qui obiit die 3 mensis tesrin posterioris an. D. 658 (BARHEBR., II, 131). — (4) I. e. *'Abdâ dMešihâ*, arabice *'Abd al-Masih*, sive « Christodulus », cuius Passionem syriace hic edidit b. m. P. Ios. Corluy (*Anal. Boll.*, t. V, p. 4-52) et armenice iam ab anno 1873 vulgaverant RR. PP. Congregationis Mechitari Venetae (*Վարք և վկայաբանութիւնք սրբոց*, t. I, p. 6-25). Passus ille dicitur die parasceves 27 mensis iulii an. D. 390; quo tempore christianos arabici sermonis, sicut eius Acta ferunt, exstitisse in civitate Singar, vehementer dubito. Ipsum argumentum historiae suadet eam arabice scriptam aut fictam esse, postquam Taglibitae christiani iam in finibus Singar consederant. Idcirco arabicum exemplar huius Passionis, a P. Corluy frustra conquisitum (cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 7), Deo favente, ex codice Vaticano 199 edituri sumus. — (5) CP. Vide tamen ad d. 24 sept. — (6) Sic A, sed litterarum commutatione perfacili (ܟܘܡܪܬܐ pro ܙܡܪܬܐ) legi potest : ἱέρεια, sicut tulerint necesse est Acta graeca huius martyris; cf. CP. et SS. — (7) Ioseph patriarcham Syrorum mense ianuario an. D. 792 obiisse ferunt MICH. (III, 483-84) et BARHEBR. (I, 329.) — (8) Intellege : *Mazdai* (ܡܙܕܝ) Indiae regem, cum Tertia coniuge et *Vizân* (ܘܝܙܢ) filio; cf. W. WRIGHT, *Apocryphal Acts of the Apostles*, I (London, 1871), p. 302-307 et passim; Max. BONNET, *Acta Thomae* (Lipsiae, 1883), p. 76 et pass. Mirandum hoc laterculum a graeco fonte sumptum esse, per se patet. — (9) Ut videtur, ii qui primum caesi sunt a vicanis Kartamin, cum isti corpus S. Symeonis abripere voluerunt (cf. sup., p. 130, ann. 6). B, fol. 71ᵛ viginti quattuor fratres occisos numerat; sed ex iis quattuor Dioscorus Alexandriae patriarcha vitae restituit (fol. 72). — (10) Qui in eadem pugna deinde caesi sunt. B, fol. 73ᵛ (cf. fol. 111) : ܘܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܕܘܟܪܢܐ ܠܐܚܐ ܕܢܦܠܘ. ܒܫܒܥܐ ܒܬܫܪܝ ܩܕܝܡ ... ܘܒܚܕ ܡܢ ܝܘܡܝܢ ܦܬܚܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܚܐ ܓܠܘܣܩܡܐ ܗܢܘܢ ܕܒܒܝܬ ܣܗܕܐ ܕܥܘܡܪܐ ܗܘܘ. ܘܐܫܟܚܘ ܒܗܘܢ ܩܪܩܦܬܐ ܬܡܢܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܠܬ : *Et facere solebant memoriam fratrum qui* (in hoc praelio) *occubuerant die septimo mensis tesrin prioris... Porro die quodam patriarcha et fratres aperuerunt loculos qui in martyrio coenobii erant, in iisque reppererunt calvas octingentas quadraginta tres.*



episcopus (1). 2. Et Platonius episcopus et martyr (2). 3. Et transitus Thomae episcopi et confessoris. 4. Et Taisia Aegyptia. — IX. 1. Coronatio Iacobi filius Halphaei, fratris Matthaei evangelistae. 2. Et sanctus Euthal (3). — X. Eulampius et Eulampia soror eius (4). — XI. 1. Philippus discipulus. 2. Et Apollo solitarius. XII. Coronatio Tarachi, Probi et Andronici. XIII. 1. Carpus et Papylus atque Archeladius (5). 2. Et Theodosius minor (6). XIV. 1. Sarbel et Babai soror eius (7). 2. Et Athanasius Magnus, Alexandrinus. 3. Georgius Graecorum. — XV. 1. Isaias Halabensis (8). 2. Et transitus sancti Asiae qui et Pantaleon. 3. Et Ignatius Melitinensis, qui est Cursor (9). 4. Et sanctus Phinees Hachensis (10). — XVI. 1. * Longinus centurio, martyr. 2. Et martyr Malus (11). — XVII. 1. Prophetae generatim. 2. Et Oseas propheta. 3. Et Ignatius Ignaeus (12). 4. Et Theophilus Alexandrinus. — XVIII. 1. Lucas discipulus. 2. Et 'Addai (13). — XIX. 1. Sa <doc> (14) episcopus et socii eius martyres centum viginti septem. 2. Et Ioel propheta. 3. Et Abselama Edessenus (15). —

(1) Acta eius confessionis apud CURETON, *Ancient Syriac Documents* (London, 1864), p. 63-72. Cf. Acta Sarbelis, *ibid.*, p. 41 et seqq. — (2) Cf. sup. I⁴. — (3) Cf. Menaea Melchitarum syriace, ad 10 oct., PAYNE SMITH, *Catalogus*, col. 318. Vide ad d. 3 iun. — (4) Cf. CP.; A : *Olympius et Olympia.* Trans marginem ascripsit manus nescio quae : *X. Passio Acepsimae episcopi Arbellis. Ioseph presbyter, diaconus Aithalaha iubente Sapore.* Et ad dextram : *Martyr Mihrsabor* <anno> *tertio* (?) *Bahram.* Ad sinistram vero : *Item anno trigesimo Saporis martyrium ediderunt episcopi Isaac et Sapor, presbyteri* (pontifices?) *Beth A ....* Dubium est ad quemnam diem duo postrema additamenta referenda sint. S. Mihrsabor passus est 10 oct. die sabbati; Isaac et Ioseph incerto tempore (ASSEMANI, *Acta Mart.*, I, 236; 99 et seqq.). — (5) CP. — (6) Imperator. CP. — (7) Cf. dec. 10. — (8) Postremus discipulus sancti Augin (BEDJAN, III, 534-71). — (9) BARHEBR., I, 413-15 — (10) Vide apr. 28³. — (11) CP. : Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Μαλοῦ. Porro inducitur in fabulosam historiam sancti Augin (BEDJAN, III, 431 et seq.), Mar Milos quidam Hierosolymitanus idemque prodigiorum patrator, qui nequiquam refragante temporum ordine, nemo alius esse videtur nisi S. Miles, Susae episcopus, de quo nov. 13². Hunc Hierosolyma peregrinatum esse testatur Sozomenus, lib. II, cap. 14 (ed. R. HUSSEY, Oxonii, 1860, p. 151). — (12) Ignatius Antiochensis. — (13) Apostolus Orientis qui annuntiatur d. 30, an quis alius? Ecclesiam Sancti Addaï in pago *Hesterake* (syriace olim *Eštrâko*) prope Hach vidit Socin (p. 250; cf. p. 268). — (14) Nempe huic formae consonat nomen *Sadoch*, Σαδώχ, quod ipsum est pro *Sadoth*, Σαδώθ; ita enim graeci interpretes detorserunt nomen sancti *Šahdust* episcopi Seleuciae et Ctesiphontis (*Anal. Boll.*, t. XXI, p. 141-47; cf. CP., oct. 19 et febr. 20). En igitur iterum Syrus noster e graeco exemplari chaldaeos commentarios repetens. — (15) A : *Ba'alšemâ. 'Abšelâmâ* Addaei discipulus idemque tertius, ut aiunt, Edessae episcopus memoratur in *Doctrina Addaei* (ed. PHILIPPS. Londinii, 1876, p. 35). Alterum eiusdem nominis episcopum numerat Ebediesus Sobensis inter patres Synodi Nicaenae, dum reliqui indices hoc loco Aitalaham nominant (H. GELZER, H. HILGENFELD et O. CUNTZ, *Patrum Nicaenorum nomina*, Lipsiae, 1898, p. 126, cf. pp. 21, 64, 85, 102).

XX. 1. Inventio capitis Iohannis Baptistae. 2. Et Daniel e coenobio Habsusiatha (1). — XXI. 1. <...> Martyr (2) e coenobio Maiore (3). 2. Et Severus Bar Maska, patriarcha (4). — XXII. 1. Daniel propheta. 2. Et memoria Hilarii. 3. Et sanctus Aaron (5). 4. Et Damianus martyr. — XXIII. Iacobus frater Domini. —XXIV. 1. Septem pueri in spelunca Ephesina, post annos centum octo et octoginta. 2. Et Theodora martyr atque liberi eius. 3. Et Lucianus martyr, qui Byzantii passus est. — XXV. 1. Coronatio sancti Pethion, adiutoris eorum qui in aerumnas inciderunt (6). 2. Marcianus * atque * Martyrius (7). — XXVI. 1. Demetrius. 2. Nestor, martyr Thessalonicae anno Adami sexies millesimo ducentesimo quadragesimo (8). — XXVII. 1. Obitus sancti Iareth (9). 2. Et Anatolius. 3. Et Marcus solitarius (10). 4. Et Capitolina martyr. — XXVIII. 1. Petrus Alexandrinus. 2. Cyriacus Hierosolymitanus (11). — XXIX. Anastasia martyr Romana. — XXX. 1. Addai apostolus (12). 2. Et Andreas (13). 3. Zenobius et Zenobia soror eius. — XXXI. 1. Stachys et * Amplia. 2. Et rursus coronatio Andreae apostoli.

NOVEMBRIS. TESRIN POSTERIOR. Dies triginta. Signum ܥ. Horae diurnae undecim, nocturnae quattuordecim. Hiemis praecursor.

I. 1. Sanctus Abai dux exercitus Persarum et magister eiusdem sancti Abai (14). 2. Et Cosmas atque Damianus, qui mulieres steriles filiis auxerunt. 3. Et Theodorus patriarcha (15). — II. Martyres quinque. — III. 1. Elias patriarcha Antiochiae, anno Graecorum millesimo trigesimo quinto (16). 2. Et Constantinus Patresque trecenti (17). 3. Et Georgius martyr. — IV. Iohannes Bar Aphthonia, cuius obitus fuit anno octingentesimo quadra-

(1) Sive « scarabeorum », prope Mausilum ; quod etiam vocitabatur « coenobium excelsum » (BARHEBR., II, 497) et Sancti Danielis titulum gerebat, fortasse quod ab eo conditum fuerat. — (2) Nisi legendum est *sanctus Sâhdâ*. — (3) Kartamin ? — (4) Obiisse legitur alias an. D. 683-684 (MICH., II, 444), alias an. 682-683 (DENYS, p. 10 ; BROOKS, *Chron. Min.*, p. 231), alias tandem an. 680-681 (BARHEBR., II, 287). — (5) Ignotus. Fortasse S. Aaron Sarugensis, discipulus sancti Augin, qui teste Barhebraeo, duo monasteria aedificavit in finibus Melitinae (II, 85-87). Celebre etiam fuit Sancti Aaronis coenobium in monte Singar. Addo Vitam cuiusdam S. Aaronis († an. D. 337), auctore Paulo eius discipulo, indicari apud WRIGHT, p. 1124. Vide ad febr. 2. — (6) C : *Pethion monachus ;* non tamen alius atque martyr Persa, cuius Acta lege *Anal. Boll.*, t. VII, p. 8-44. Cf. SACHAU, p. 234. — (7) CP. — (8) CP. ad d. 27. — (9) C, E : *Iareth Alexandrinus*. Eius Acta indicat WRIGHT, *Catal.* 1129. — (10) Scriptor ? Cf. ASSEMANI, *Catalogus*, III, 176 et pass. — (11) CP. : Iudas Cyriacus. — (12) Cf. sup. 18[1]. — (13) Cf. diem insequentem, nº 2. — (14) Idem, reor, de quo oct. 1[3]. Corrige ergo ex annotatis, l. c. : *eiusdem* (sancti Abai) *magister sanctus Abai*. — (15) An. D. 664 (DENYS, p. 9), vel 666 (BARHEBR., I, 281). — (16) Vita functus die 3 tesrin prioris, an. D. 723 (BROOKS, *Chron. min.*, p. 235, MICH., II, 456). — (17) Ita cod., etsi Patres Nicaeenses certo designantur.



gesimo nono. — V. 1. Iohannes Arabs (1). 2. Et Patrobas, et Hermas et Gaius atque Philologus, discipuli sancti Pauli. 3. Et Maria Aegyptia atque Zosimus solitarius. 4. Et Papylus. 5. Et * Chaeremon (2). — VI. Paulus episcopus, qui ab arianis martyr effectus est (3). — VII. 1. Gregorius Nyssenus. 2. Et martyres triginta tres Melitinae. — VIII. 1. Iulianus patriarcha, anno millesimo undevicesimo (4). 2. Et obitus sancti Aaronis e regione Armeniae, anno septingentesimo (5). 3. Et sanctus Zurbar (6). 4. Synaxis angelorum. — IX. 1. Porphyrius et Onesiphorus. 2. Et Elisaeus propheta. 3. Et Drosis (sancta) martyr. — X. 1. Mari e Beth Sahde (7). 2. Et Honorius atque Arcadius, imperatores, Theodosii filii. 3. Et Ionas episcopus. 4. Et * Evodius (8) apostolorum discipulus. 5. Et Cyrus archimandrita (9). 6. Et Iohannes Kartaminensis (10). — XI. 1. Damianus Alexandrinus (11). 2. Et Apollo solitarius. — XII. 1. Cyriacus discipulus sancti Iareth. 2. Iohannes Eleemosynarius, qui uxorem habebat duosque liberos. — XIII. 1. Coronatio sancti Iohannis Chrysostomi. 2. Et coronatio sancti Milis et discipulorum eius (12). — XIV. 1. Gratianus imperator. 2. Et Philippus unus e duodecim apostolis, atque septem eius filiae. — XV. 1. Guria, Samona atque Habib. 2. Et sanctus Salita, qui opitulatur in bubonibus et peste (13). 3. Et viginti quattuor martyres romani, quorum dux erat Pappus : festum coronationis eorum. — XVI. 1. Gregorius thaumaturgus. 2. Et Ignatius Ignaeus, qui Romae coronatus est (14). — XVII. 1. Matthaeus evangelista, qui lacti mulierum prodest. 2. Sanctus

(1) Sancti Augin discipulus ? (BEDJAN, III, 473 ; cf. aug. 29[4]). — (2) SS. 26. — (3) CP. — (4) Iulianus Romanus, id est « miles » (MICH., II, 447-49). — (5) Recole annotata ad oct. 22[3]. — (6) Codex hoc loco videtur esse corruptus. Possis etiam rescribere, non tamen valde probabiliter : *Et commemoratio (coetus angelorum)*. — (7) Idemne qui annuntiatur d. oct. 2 ? — (8) Nomen incertissimum. — (9) Inter discipulos S. Samuelis Kartaminensis numeratur : ܩܘܪܘܣ ܒܪ ܨܦܢܝܐ ܗܘ ܕܠܐܪܝܐ ܠܛܗ ܘܩܛܠܗ *Cyrus Bar Sophoniae qui leonem exsecratione interfecit* (B, fol. 50v). — (10) Non pauci Kartaminae antistites hoc nomine claruerunt : inter quos diuturniorem famam habuit Iohannes ille cuius mentio supra incidit (p. 136). — (11) Fortasse Damianus Alexandriae patriarcha trigesimus quintus. Obiit an. D. 591, die 18 mensis baune, sive 12 iun. ; ad quem diem annuntiatur in C. — (12) Susae episcopus, passus luna 13 nov. (ASSEMANI, *Acta Mart. Or.*, p. 79). — (13) Duos sanctos huius nominis ab Orientalibus celebratos novimus ; 1. Sancti Augin discipulus, qui coenobium condidit in Beth Zabdai, atque ibidem mortuus est incerto anno, die 19 septembris (BEDJAN, I, 424-65) ; 2. Martyrem quendam, cuius Acta inedita exstant arabice (ASSEMANI, *Catalogus*, III, 518). Hunc recentiores Syri asseverant esse Artemium Aegypti praefectum, quem a Iuliano Apostata occisum referunt Ammianus Marcellinus, XXII, 11, 2 (ed. GARDTHAUSEN, t. I, Lipsiae, 1884, p. 289) et Theodoretus, *Historia ecclesiastica*, l. III, c. 18 (ed. GAISFORD, Oxonii, 1854, p. 277). Cf. CP., oct. 20 ; SS., oct. 18. — (14) Cf. oct. 17[3].

Zalphi (1). 3. Obitus Constantii (2) imperatoris invicti, anno septingentesimo septuagesimo tertio. — XVIII. 1. Obitus sancti Romani et puerorum qui cum eo erant. 2. Et Severus Samosatae (3). 3. Et Symeon Graecus (4). 4. Et Abai Hachensis (5) coenobiarcha monasterii Kartaminensis. — XIX. 1. Azi martyr (6). 2. Et Dionysius Areopagita. 3. Et Proclus. 4. Et (memoria) Agapii. 5. Et Petrus patriarcha (7). — XX. 1. Gregorius Decapolita. 2. Et Nerses atque Ioseph episcopi cum martyrum multitudine (8). 3. Et Iason. 4. Et Abdias propheta. — XXI. 1. Ingressus Dei genetricis in templum cum trimula esset (9). 2. Et sanctus Hananias. — XXII. 1. Petrus et Paulus. 2. Et Thecla, quae prima mulierum martyrium edidit tempore Pauli. 3. Et transitus sancti Hevari Bar Theodorus (10). 4. Et *Menignus (11). — XXIV. 1. Clemens Romanus. 2. Et Gregorius Theologus (12). 3. Et martyres Aegyptii. 4. Et martyres Persae. — XXV. 1. Cyriacus, Lucianus, Eusebius martyres. 2. Et Petrus Iberus (13). 3. Et abbas Isaias paedagogus. — XXVI. 1. Pervigilium fratrum. 2. Et Theodosius episcopus, qui in fornace calcaria mortuus est (14) et qui cum eo martyrium

(1) Nomen valde ambiguum. Elpidius (SS; CP., $15^3$)? Vel multo probabilius 'Ἀλφειός cf. CP., $18^4$ (ܐܠܦܝܣ pro ܣܠܦܝܣ). — (2) A : *Constantini*. Historia Constantii filii Constantini Magni habetur in codice nostro fol. 156ᵛ et seq. : in qua obiisse refertur an. D. 362, die 17 nov., feria quarta, hora nona (Assemani, *Catalogus*, II, 248). — (3) Frater Athanasii patriarchae (infra, die 3 ian.) : episcopus et thaumaturgus; e vita cessit an. D. 640 vel 641. Eius gesta multis verbis persequitur Michael Syrus (II, 417-20). — (4) Nomen mihi novum. Attamen inter antiquissimos Kartaminae monachos numerantur ܫܡܥܘܢ ܩܢܢܝܐ ܘܐܚܘܗܝ ܚܡܫܝܢ : *Symeon Kananaia cum eius fratribus quinquaginta* (B, fol. 53). Kananaia, nisi « arundineum » interpretari malueris videtur esse nomen patriae. Atqui memoratur in eodem libello (fol. 104ᵛ) vicus *Alin qui est Alin* ܕܩܢܝܐ, et inter monachos Kartaminae propter mortuum ibi a S. Gabriele suscitatum insignis olim fuit (B, fol. 104-104ᵛ). Pro Symeone « Graeco », ܝܘܢܝܐ, legendumne in martyrologio nostro ܩܢܝܐ vel ܩܢܢܝܐ ? — (5) Abai quidam non semel nominatur inter discipulos S. Symeonis Kartaminensis (B, fol. 51, 62ᵛ). Eodem nomine vocatus fuerat S. Samuel conditor coenobii (fol. 41ᵛ). — (6) CP. : Ἄζη. — (7) Petrus martyr, ep. Alexandriae? Cf. CP., 25, SS., 24. — (8) Nerses ep. Šahgerd in Beth Garmai, cum sociis occisus luna 10 nov., an. 343. (*Acta mart. or.*, p. 99.) — (9) A : *Cum triginta annorum esset*. — (10) *Ḥevârâ*, sive « Candidus », Theodori filius, abbas coenobiorum Banael et Sancti Achae (*Aḥâ*) prope Niniven, saeculo VI floruisse dicitur. Eius gesta exhibet Vita S. Achae magistri eius (in ipso codice nostro; cf. Assemani, *Catalogus*, II, 249-50). — (11) CP. : Μένιγνος. — (12) CP. : Gregorius Agrigentinus. — (13) CP. : Petrus martyr, episcopus Alexandriae. Vide supra $19^5$. Petrus Iberus iterum dec. $1^3$. — (14) Cf. B, fol. 52, ubi enumerantur primi Kartaminae monachi : ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܗܘ ܕܒܐܬܘܢܐ ܐܣܗܕ «... *Theo<d>osius qui in fornace martyrium edidit.*



ediderunt. — XXVII (1). 1. Hilaria Zenonis imperatoris invicti filia, quae est Iohannes eunuchus (2). 2. Et transitus sancti Iacobi Intercisi. — XXVIII. 1. Sanctus Cyriacus martyr (3). 2. Et Iacobus frater Domini. — XXIX. 1. Sanctus Iacobus doctor Sarugensis, anno octingentesimo trigesimo tertio. 2. Et transitus sancti Palladii solitarii. — XXX. 1. Transitus Iohannis Eleemosynarii, patriarchae Alexandrini, qui uxorem et filios habebat. 2. Et Andreas apostolus.

Canun prior. Dies triginta unus. Horae diurnae novem; nocturnae quindecim (4). Decembris.

I. 1. Nahum propheta. 2. Isaac patriarcha (5) et puerorum vitae restitutor (6). 3. Et Petrus Iberus, qui est Bartaukaia (7). 4. Et memoria martyris Hachensis, cuius nomen non repperimus. — II. 1. Habacuc propheta. 2. Et Georgius patriarcha, qui in Bagdad, urbe Moslemorum, in carcerem coniectus est (8). — III. 1. Sophonias propheta. 2. Et Carpus Saurae episcopus : eius coronatio (9). — IV. 1. Barbara et Iuliana martyres. — V. Iulianus Sabas (10). — VI. Sanctus Zacha, qui est Nicolaus : vixit autem annos centum septuaginta. — VII. 1. Georgius patriarcha (11). 2. Et Sabra (12). 3. Iohannes pusillus. — VIII. 1. Sanctus Symeon, qui coenobium Karkaphtae condidit (13). 2. Et

(1) Man. rec. trans marg. : *XXVII. Rursus passio Mercurii tempore Decii et....* (Valeriani?). — (2) Huius fabulosam historiam coptice reperies apud E. Amélineau, *Histoire des deux filles de l'empereur Zénon*. Proceedings of the Society of Biblical Archeology, X, 194-99 et N. Giron, *Légendes coptes* (Paris, 1907), p. 44-65. Eandem e codice syriaco adumbravit Sachau (p. 381-82). — (3) Profecto S. Cyriacus episcopus Hierosolymorum et martyr, hoc die 28 tesrin posterioris geminatus ex die 28 tesrin prioris. — (4) In margine, manus eadem : *signum ////*. — (5) Aut praeclarissimus ille episcopus Seleuciae et Ctesiphontis qui cum Marutha Maipheractensi pacem et libertatem ecclesiae Persicae restituit (de quo J. Labourt, op. c., 90-99), aut monachus Kartaminensis, in historiis pessime notatus, quem Abdallah Mesopotamiae praefectus an. 755 in sedem patriarchalem intrusit et anno insequente necavit (Mich., II, 474-75; Denys, 66-67; Brooks, *Chron. Min.*, 237). — (6) Haec crederes appellare S. Nicolaum, qui modo nominandus est. — (7) Legendum *Nabarnugi*, ܢܒܪܢܘܓܝ (vel *Nabarnuki?*); cf. R. Raabe, *Petrus der Iberer* (Leipzig, 1895), p. 5 et versionis germanicae p. 14, annot. 5, atque O. von Lemm, *Iberica*, Mémoires de l'Académie des Sciences de Saint-Pétersbourg, VIIIᵉ série, t. VII (1906), p. 21. — (8) Mich., II, 476-78. — (9) B, fol. 40 : *Mâr Keraphos*, ܡܪܩܪܦܘܣ, episcopus urbis *Ṣaurâ*, qui a rege Persarum die 3 decembris exeunte saeculo quinto interfectus est. A S. Samuele in ecclesia maiore coenobii conditus miraculorum gloria claruit. Saurâ Turabdini civitatem, quae hodie dicitur Sôr, inter Mardin et Killith sitam, vocabat κάστρον Τζαύρας Georgius Cyprius (ed. H. Gelzer, Lipsiae, 1890, p. 46; cf. p. 160) et Σαυράς Procopius (ed. Dindorf, t. III, Bonnae, 1838, p. 222). — (10) Intellege S. Sabam coenobiarcham Palaestinensem. — (11) Vide ad $2^2$. — (12) Idemne qui die iunii $3^2$ annuntiatur? — (13) De Karkaphta ad d. oct. $2^1$.

parentes Dei genetricis. — IX. 1. Praeconium graviditatis Hannae, matris Deiparae. — 2. Et sanctus Daniel episcopus Kartaminensis (1). 3. Et Samuel propheta. 4. Et * Patapios (2) qui opitulatur hydropicis. — X 1. Hippolytus episcopus, martyr. 2. Philoxenus (3). 3. Sanctus Behnam atque socii eius (4). 4. Et Hermogenes. 5. Et * Tuthael martyr atque * Babai soror eius (5). — XI. 1. Eustathius et Meletius Antiochensis. 2. Et Daniel stylita. — XII. 1. Inventio sanctorum Harbta de Tuthe (6). 2. Thyrsus et Lucius. 3. Eustratius, * Auxentius, * Mardarius, * Eugenius (7). 4. Et * Spyridion martyr. — XIII. 1. Iohannes Psaltes. 2. Et Antonius atque Paulus. — XIV. 1. Martyres undecim milia et quadringenti triginta quattuor, qui passi sunt cum sancto Cyriaco (8). 2. Et Cyrus puer (9) archimandrita Kartaminensis. 3. Transitus Abraham Kidunensis, anno sexcentesimo septuagesimo octavo (10). 4. Et Eleutherius martyr, atque Nonna mater eius (11). 5. Et (memoria) Kurbur (12). 6. Et (commemoratio) Sergii in monte Sahio (13). — XV. 1. Iohannes Baptista. 2. Et

(1) *Daniel episcopus* e primis Kartaminae monachis, *quem cum initiaretur vox de caelo edita dignum et idoneum ter inclamavit* : ܘܫܡܠܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܝܢ ܐܠܗܝܬ ܐܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܐܡܪ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܕܫܘܐ ܗܘ (B, fol. 51). — (2) CP., 8. — (3) E : Philoxenus Mabbugensis. — (4) *Behnam* et *Sârâ* eius sororem, discipulos S. Matthaei Ninivensis, interfecit pater eorum die 10 dec. an. D. 331 in monte Alpeph prope Mausilum (Bedjan, II, 397-441). Eorum ossa servabantur in coenobio Beth Gubbe (ܕܒܝܬ ܓܘ̈ܒܐ, Bedjan, l. c., 440), quod Socin in Turabdino situm fuisse dubitanter conicit (p. 268). — (5) Graecanica nomina sanctorum qui genuinis nominibus appellantur oct. 14[1] et rursus sept. 5[2]. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 337. — (6) Id est « parietinae mororum »; locus mihi ignoratus; fortasse *Khrâbtûn* in Turabdino (Socin, p. 245). — (7) CP., 13. — (8) Lege *Ciryco* et cf. Sachau, p. 492. — (9) Profecto epitheton Ciryco infantulo congruens qui proxime nominatus est. Coenobiarcha nomine Cyrus iam nobis occurrit die 10 nov. — (10) Cuius Vitam in *Anal. Boll.*, t. X, p. 10-49, edidit Th.-J. Lamy. — (11) CP., 15[1]. — (12) Vid. ad mart. 28[3]. — (13) Seu in monte « arido » prope Balad (Eski-Mossul) ad Tigrim (In Vita Moysis Bar Cepha, *Biblioth. Or.*, II, 218), ubi nomine Sancti Sergii conditum erat monasterium « suspensum », المعلق. Alium novimus εὐκτήριον οἶκον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σεργίου, μέσον τοῦ ΝιτΖιβίου καὶ τοῦ Δάρας (in Vita S[ae] Golinduch, ed. A. Papadopoulos-Kerameus, Ἀνάλεκτα Ἱεροσολυμιτικῆς σταχυολογίας, t. IV, Petropoli, 1897, p. 171). Ecclesia vero Sancti Sergii quam ad septemtrionem pagi Hach repperit Socin (p. 248) probabilius pertinet ad coenobium Sanctorum Sergii et Bacchi quod mille passibus ab hoc oppidulo, in clivo aquilonio situm erat (cf. B, fol. 80 et Sachau, p. 535). Sergius idem de quo nunc, rursus annuntiatur die 23 mensis canun prioris et opportunius fortasse collocatus esset mense canun posteriori. Etenim die 21 ianuarii recolunt Armeni memoriam S. Sergii cuiusdam, ducis Romani, regnante Iuliano Apostata, una cum eius filio Martyrio (*Sâhdâ ?*) a Sapore interfecti, cuius Acta e patrio suo sermone in armenium transtulit hieromonachus Syrus nomine Michael, alias Iacob (Վկայաբանութիւնք սրբոց, t. II, p. 280-99. Սոփերք



Aggaeus. 3. Et Daniel. 4. Et Miles martyr, anno septingentesimo trigesimo tertio. — XVI. 1. Abraham, et Isaac atque Iacob. 2. Et Zacharias atque Elisabeth, parentes Iohannis. — XVII. 1. * Athenodorus martyr. 2. Et Rabbula episcopus Edessenus. — XVIII. Hananias, Azarias, atque Misael. — XIX. 1. Silvester, Liberius, Xystus, Iulius. 2. Et Probael (1). — XX. Petrus Alexandrinus. XXI. 1. Iustinianus martyr. 2. Et (memoria) * Amphilochii episcopi Iconii. 3. Et Iohannes Carrhanita. — XXII. Proclus episcopus, et Nectarius et Alexander Constantinopoleos. — XXIII. 1. Sergius in monte Sahio (2). 2. Et transitus sancti Gabriel Kostanensis (3), e Kosta, (qui vicus est) prope Hach, inter partem orientalem et aquiloniam (4). 2. Et Gabriel atque Symeon episcopi Edessae. 3. Et Nagranenses milites, qui sunt Homeritae. — XXIV. 1. Eugenia. 2. Et martyres qui in Perside a Chosroe rege perverso interfecti sunt. — XXV. 1. Nativitas Dei Domini et servatoris, e virgine Maria in Bethlehem. 2. Et Antonius Koreisita e genere Omar (chalifae), adiutor eorum qui in angustiis versantur (5). — XXXVI. Festum praeconiorum et laudum (6). — XXVII. Sexaginta quattuor ; alias : quattuordecim milia infantium, quos, missis (satellitibus), interfecit Herodes

Հայկականք, fasc. XVI, Venetiis, 1854, p. 13-52). Locus sanctorum cruore sacratus hic vocatur *Salqh*, Սալք ; in quo non possum non suspicari τὸ χωρίον Σολάχων duodecim milia passuum distans ab urbe Dara (Theophylactus Simocatta, II, 3, 12; 4, 10; ed. De Boor, Lipsiae, 1887, pp. 75-77). Porro haec omnia revolventi suboritur cogitatio hunc esse S. Sergium cui sacrarium in regione Beth ʿArbâie condidit Achudemmeh Tagritensis, ut Arabes averteret a celebratissimo templo sanctorum Sergii et Bacchi in Resafâ-Sergiopoli (F. Nau, *Histoires d'Ahoudemmeh et de Marouta*, Patrologia Orientalis, t. III, p. 29). — (1) Inane glossema quod Assemani gratis et temere mutat in « Pontifices Romanos ». Forsitan ita corruptum est nomen Michaelis Syncelli qui hoc die annuntiatur in CP. — (2) Vide ad 14[6]. — (3) Celeberrimus Kartaminae sanctus et patronus, cuius mentio saepe iam incidit (vide p. 133, cum ann. 1). De thaumaturgo *Môr Goriie* multa hodieque praedicat Turabdinensium superstitio rusticana (vide E. Prym et A. Socin, *Der neu-aramaïsche Dialekt des Tûr ʿAbdîn*, 2 vol., Göttingen, 1881. Cf. Socin, p. 251-52). — (4) Sive *Bâkisiân* (Sachau, p. 813), quod certe est *Beth Kusiana* prope Hach (Assemani, *Catalogus*, III, 339). Hinc corrigendum quod Alberto Socin ab incolis male indicatum fuisse iam perspexerat Kiepert (ap. Socin, p. 268). — (5) Barhebraeus eum nominat *Ruhaï*, ܪܘܚܝ (*Chronicon Syriacum*, ed. Bedjan, Parisiis, 1890, p. 132); Michael Syrus (III, 487), ut equidem mihi cernere videor : *Ruaïh*, (ܪܘܚܝ. رويح i. e. 'animula'); Mohammed vero Birunensis : *Abû Ruh* (E. Sachau, *Chronologie Orientalischer Völker von Albêrûnî*, Leipzig, 1878, p. 292); interpretes tandem Hiberi : *Ravacha* vel *Ravachi* (N. Marr, Агіографическіе матеріалы по грузинскимъ рукописямъ Ивера, in Записки Восточнаго Отдѣленія И. Р. Археолог. Общества, t. XIII, 1901, p. 57-58). — (6) Deiparae.

propter Dominum. — XXVIII. 1. Martyres viginti milia qui Nicomediae passi sunt. 2. Et Iacobus frater Dei (1). — XXIX. Duodecim apostoli. — XXX. 1. Marcellus. 2. Et Abraham scriptor. 3. Et Sergius e monasterio Zukenin (2). 4. Et (memoria) Aina (3) e Beth Kusi (4). — XXXI. Homeritae Nagranenses, et Aretas rex, cum reliqua turba puerorum et mulierum.

IANUARIUS. CANUN POSTERIOR. Principium anni Romanorum. Dies eius triginta unus. Signum ܓ. Horae diurnae decem cum dimidia; nocturnae tredecim cum dimidia.

I. 1. Circumcisio Domini. 2. Basilius ex urbe Caesarea et Gregorius Nyssenus fratres consanguinei, ac ceteri doctores Graeci. — II. Iohannes evangelista. — III. 1. Symeon Carrhanita (5). 2. Lazarus Turabdinensis. 3. Et David. 4. Et Athanasius patriarcha (6). 2. Et Lazarus e Zagug (7). — IV. 1. Commemoratio pauperum et peregrinorum. 2. Et Symeon secundus abbas Kartaminae. 3. Et Zosimus martyr. — V. 1. Malachias propheta. 2. Et Gregorius Caesareensis martyr, qui in solitudine est ordinatus et prodigia patravit (8). — VI. Festum Epiphaniae. — VII. Laudes Iohannis Baptistae. — VIII. Princeps martyrum sanctus Ste<phanus>..... (9). — IX. 1. Lucius martyr. 2. Et Aggai episcopus Edessae (10). 3. Pharkia scriptor (11). — X. Theodosius Alexandrinus. — XI. 1. Petrus et Paulus. 2. Et Daniel Edessenus (1). 3. Et Symeon e Pap, archimandrita Kartaminensis. — XII. 1. Barse episcopus Edessae (2). 2. Et filii Valentis (3) imperatoris, qui fuit Ioviniani, qui fuit Honorii. 3. Et Maximus atque Dometius (4). 4. Et soror eorum * Maducht (5). — XIII. * Hermylus et Stratonicus. — XIV. 1. Iohannes Bar Malche (6). 2. Et * Eutropius (7) atque Theodora mater eius. 3. Et martyres in monte Sinai occisi. — XV. 1. (Sollemnitas) Deiparae : festum sementis. 2. Et Paulus Thebanus. 3. Et Timotheus Edessenus (8). — XVI. 1. Petrus et Paulus, cum in vincula coniecti sunt. 2. Et Evagrius. — XVII. 1. Abbas Pachomius, et abbas Arsenius, et abbas Agatho, et abbas Longinus et Patres Aegyptii. 2. Et commemoratio fidelium qui dona conferunt monasteriis atque coenobiis. — XVIII. Archiepiscopi Alexandriae. 2. Et synodus ducentorum et viginti (patrum) Ephesi. 3. Imperator Theodosius minor. 4. Transitus sancti Symeonis Kartaminensis, anno septingentesimo quadragesimo quarto (9). — XIX. Abbas Macarius Aegyptius. — XX. Abbas Isidorus. 2. Et Euthymius presbyter. 3. Et (commemoratio) sacerdotum. — XXI. 1. Maximus et eius discipuli (10). 2. Agnes virgo : quae est virgo illa proco desponsa. — XXII. 1. Timotheus. 2. Et Anastasia (11). — XXIII. 1. Coronatio Babylae et puerorum qui cum eo erant : Barbadus annos duodecim natus, Apollonius annos novem, * Urbanus (12) annos septem. 2. Et Clemens martyr (13). 3. Et sanctus Addai (14). 4. Et abbas Iohannes. 5. Et sanctus Sabai (patronus) ecclesiae maioris Hachensis atque duodecim milia

(1) Ἀδελφόθεος. — (2) Prope Amidam urbem. — (3) *ʿAïnâ*, i. e. « fons ». An forte intellegenda sit commemoratio fontis cuiusdam portentosi? — (4) Ut suspicor, idem locus atque *Bâkisiân* cuius mentio occurrit 23²; in quo nomine, *Ba-* vix non certo est pro ܒܝܬ. Cf. ad febr. 2. — (5) *Bar Mondar*, monachus Kartaminensis, qui deinde factus est episcopus Carrharum et de fide christiana coram Ma'mûn chalifa disputasse fertur (SACHAU, 758-61. B, fol. 112ᵛ et seq.) : scilicet fraude iacobitarum qui laudem Theodori Abucarae sibi asserere voluerunt (secus tamen *Chronicon civile et ecclesiasticum anonymi auctoris* ed. RAHMANI, Šarfe in monte Libano, 1904, p. 237-38). Quin immo Symeonem hunc vocarunt *Abu Kurra*, sub quo vocabulo ei dedicatam fuisse conicio ecclesiam vel coenobium in *Deir Kur*, Turabdini pago non procul *Habsus*, seu *Habsenas* eius patria (cf. SOCIN, p. 263 et inf. ad d. iun. 3³). — (6) SS.; CP., 4 : Ἀθανασίου κομενταρησίου martyris (cum Zosimo monacho). — (7) Vel Lazarus « vitrarius ». — (8) Cf. MICH. SYR., I, 115 et quae annotavit CHABOT (p. 194 gall. interpret.). CP. : Γρηγορίου τοῦ ἐν Ἀκρίτᾳ. — (9) Man. pr. in marg. : *Abscisio capitis eius, XXIX* <ab>. — (10) *Doctrina Addaï*, ed. PHILIPPS; p. 1 et pass. — (11) Sic : ܦܪܝܩܝܐ ܡܟܬܒܢܐ. Atqui ܦܪܝܩܝܐ vel ܐܦܪܝܩܝܐ est « Afer » sive « Africanus ». Iamvero memorat Michael Syrus (I, 114, cf. p. 113) quendam ܐܦܪܝܩܝܢܘܣ ܡܟܬܒܢܐ qui liquido agnoscitur esse Iulius Africanus. Hunc virum, in ecclesia orientali quondam clarissimum, a scriptoribus Syris habitum esse pro episcopo iam notavit GELZER (*Sextus Iulius Africanus und die Byzantinische Chronographie*, t. I, Leipzig, 1880, pp. 1, 3, 9-10). E diptychis facilis transitus in ordinem sanctorum. — Hic man. rec. addidit in margine : *Barbašemâ nomen hoc chaldaeum*... quibus verbis exorditur Barhebraeus elogium martyris Barbasimae Ctesiphontis metropolitae, quem occubuisse scribit die 9 canun posterioris (cf. *Act. Mart. Or.*, 111-16).



(1) De Daniele Edesseno, thaumaturgo exponit Michael, II, 420-21. Vide ad d. apr. 28². — (2) Defunctus a. 378, mense martio (*Chronicon Edessenum* ed. I. GUIDI, *Chron. min.*, p. 5). — (3) A : *Valentini*. — (4) Quos in deserto Scetensi monachos fuisse finxit nugator Aegyptius qui se Bisoem protodiaconum ecclesiae Constantinopolitanae esse mentitur. Cf. WRIGHT, pp. 868 et 1142. — (5) Haec alius est familiae. Vide historiam SS. Adurparva, Mihrnarse et *Mahducht* eorum sororis qui passi sunt an. D. 318 die 12 ian. (BEDJAN, II, 1-39). — (6) Idem qui die 24. — (7) Lege : Iohannes filius Eutropii (Calybita); CP. 15. — (8) Timotheum Edessae episcopum, qui obiit an. D. 760-761, non semel memorat Dionysius (p. 73 et sup.). — (9) B : Anno concilii Ephesini (fol. 71 et 73ᵛ). — C : *Symeonis Kartaminae e Zaithe* (i. e. Symeon ep. Carrharum cf. ian. 3¹). — (10) CP. : Maximus confessor. — (11) Lege : *Anastasius* martyr Persa; cf. H. USENER, *Acta martyris Anastasii Persae*, Progr. Univ. Bonn, 1894, p. 1-12. — (12) Quos *Urbanum, Prilidan* et *Epolon* nominat Gregorius Turonensis (*Historia Francorum*, l. I, c. 30, ed. ARNDT, *M. G.*, Scr. rer. merov., t. I, p. 47), fortasse *Siro quodam interpretante* (cf. *In gloria martyrum*, c. 94, ed. KRUSCH, ibid., p. 552) qui pro ܒܪܝܠܕܘܣ , ܒܪܕܝܘܣ : *Br(i)l(i)dus* legerit. — (13) Ancyranus, CP. — (14) Vide ad oct. 18².

martyrum eius sociorum (1). — XXIV. 1. Iohannes Bar Malche. 2. Et sanctus Heraclas inclusus in coenobio Capharsama (2). 3. Et Xenia, id est « peregrina » (3). — XXV. Sanctus Acha solitarius, qui ad nos detulit fragmentum ligni Crucis (4). 2. Et Gregorius Theologus. 3. Et Gregorius eius pater atque mater Nonna, et Caesarius frater eius sororque Gorgonia. — XXVI. 1. Longinus qui confodit Dominum et Hierosolymis martyrium edidit. 2. Et Xenophon eiusque socii. — XXVII. 1. Translatio ossium Iohannis (5), quae Proclus eius discipulus e Comana in urbem regiam (invexit). 2. Et Hachensis presbyter idemque martyr (6). 3. Et martyres septem incliti. — XXVIII. 1... (7). 2. Et Iohannes cui est evangelium (8). — XXIX. 1. Depositio ossium Ignatii Ignei (9). 2. Et Severus e Capharse (10) archimandrita Kartaminensis. 3. Et martyres Galatae. — XXX. 1. Hippolytus Romanus et martyr sanctus. 2. Et Barsamias episcopus Edessae (11). — XXXI. 1. Iohannes Thaumaturgus, qui est Iohannes Edessae (12). 2. Et martyr Tryphaena (13), quae prodest mulieribus lactantibus et vaccis ut lacte affluant. 3. Et virgines tres : Theodot[i]a, Theoctista, et Theodosia (14) atque Cyrus *Alexandrinus.

FEBRUARIUS. SBAT. Dies viginti octo, et in anno intercalari, viginti novem. Horae diurnae undecim; nocturnae tredecim (15).

I. 1. Sanctus Talia (16). 2. Et sanctus Iohannes Bar Abdun, patriarcha anno millesimo ter centesimo quadragesimo primo (17). 2. Et Elias martyr recens in Beth Kusiana, prope Hach (18). 3. Et Astina, quae et Hevarta (19) mater sancti

(1) Cf. apr. 16[4]. — (2) *Capher Šâma'* prope Modiad (SOCIN, p. 260); unus e septem vicis « quorum nomina littera *câph* exordiuntur », quos Anastasius imperator coenobio Kartamin addixisse ferebatur (B, fol. 88). — (3) CP. : Eusebia quae et Xene. — (4) Magister sancti Hevara Bar Theodorus, de quo nov. 22. Historia eius habetur in A, fol. 164 et seq. (cf. ASSEMANI, *Catalogus*, II, 249-50). — (5) Chrysostomi. — (6) Vide sept. 15[1]. — (7) Hic dimidium versus resectum est cum margine superiore; rescribe : « Ephraem Syrus ». — (8) Calybita. — (9) Cf. nov. 16[2]. — (10) Pagus Turabdini, Hach inter et Modiâd (SOCIN, p. 268). — (11) CP. cf. sup. oct. 8. — (12) Conumerandus cum Cyro, Theodota, Theoctista et Eudoxia, qui sub num. 3 nominantur. Vide CP. — (13) CP. — (14) Lege cum CP. : Eudoxia (ܐܘܕܘܟܣܝܐ pro ܐܘܕܘܣܝܐ). — (15) Trans marg. man. pr. : *Nota* ܗ. — (16) I. e. « puer », martyr Cyrrhensis, anno secundo aetatis, Bybli (Gebail), an. D. 421 necatus (vide WRIGHT, p. 1136-37 et cf. Passionem S. Ciryci). — (17) Obiit an. Gr. 1344 (D. 1033), d. 2 febr., si Barhebraeo fides sit (I, 429). — (18) Vide ad dec. 30[2]. Damasci, die 1 febr., vertente saeculo VIII, lata sententia a principe Arabum Laith, contigit supplicium τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἠλία τοῦ Νέου, τοῦ ἀπὸ τῶν Ἡλιουπολιτῶν (A. PAPADOPULOS-KERAMEUS, Συλλογὴ παλαιστίνης καὶ συριακῆς ἁγιολογίας I = Православный Палестинскій Сборникъ, fasc. 57, Petropoli, 1907), p. 42-59. — (19) I. e. « candida ».



Abai Killithensis (1). 4. Et Sahdust Catholicus, id est « amans Christum » (2), qui mense sbat interfectus est. — II. 1. Inductio Domini in templum. 2. Et (memoria) Symeonis senis : is est *Hypapante (3). — III. 1. Transitus sancti Barsumae Senensis (4). 2. Et sanctus Aaron solitarius (5). — IV. 1. Isidorus episcopus Carrharum. 2. Et David Carrhanita. — V. 1. Esdras scriba, filius Abdo, e terra Sambatena, quando captivi Babylone regressi sunt. 2. Et Agatha martyr. — VI. Iohannes e Tella Mauzelath, qui mortuus est in carcere dyophysitarum (6). — VII. 1. Quattuor milia (7) martyrum. 2. Et Sabas Iulianus (8). — VIII. 1. Severus patriarcha (9) : dies migrationis eius, anno octingentesimo quadragesimo nono. 2. Et Sirina martyr Persa (10). — IX. Nicephorus martyr. — X. Charalampes et Daucta martyres. — XI. 1. Theodota martyr. 2. Et Blasius episcopus. — XII. 1. Paulus et Iohannes. 2. Et Meletius episcopus Antiochiae. 3. Et tria milia martyrum (11). — XIII. Martinianus solitarius. — XIV. Xystus Romanus. — XV. Iulianus Sabas : migratio eius anno sexcentesimo septuagesimo octavo. 2. Et Onesimus martyr. 3. Et Cyprianus atque Iusta virgo. — XV. Pamphilus martyr et socii eius. — XVI. Sanctus Abda episcopus Edessae. — XVII. 1. Et sanctus Maruthas episcopus Maipheractensis, martyresque plurimi Maipheractenses (12). 2. Et transitus Ioviniani imperatoris. — XVIII. Philoxenus Mabbugensis. — XIX. 1. Sanctus Ephraem, et sanctus Isaac et sanctus Iacobus, doctores Syri. 2. Et sanctus Asia (13). — XX. 1. Sahdust episcopus, id est « regis amicus », martyresque centum viginti octo (14). — 2. Et Georgius Carrhanita (15). — XXI. Pater noster domnus Timotheus Alexan-

(1) De quo ad sept. 1[1]. — (2) Verius infra, d. 20 : « amicus regis » (non ܡܚܡܣܐ sed ܡܚܕܐ), e persico sermone : دوست مشاه. Idem qui oct, 19[1] dictus est Šadoc. — (3) En tibi S. Symeonem sollemnitatis nomine appellatum. — (4) *Šene* (*Kefšinne?*) inter Hidil et Isphis (cf. suppl. Barhebr. II, 535 et SOCIN, 245). — (5) In marg. man. rec. : *Sanctus Aaron Singarensis*. Recole annotata ad d. oct. 22[3]. — (6) Vide IOH. EPHESINUM, *De Beatis Orientalibus*, c. XXIV (LAND, II, 169-77), et H. G. KLEYN, *Het leven van Johannes van Tella door Elias* (Leiden, 1882), p. 3-83. — (7) SS. : Martyres mille cum protectoribus quattuor, passi Nicomediae. Iidem qui die 12[2] numerantur ter mille. — (8) CP. : Iulianus martyr Emesae. — (9) Antiochensis. — (10) Mater sancti Behnam de quo dec. 10. Cf. BEDJAN, II, 397-44. — (11) Cf. 7[1]. C : *Duodecim milia*. In margine man. rec. : *Moyses Bar Cepha : dies obitus eius anno millesimo* <ducentesimo quarto Graecorum>, i. e. an. D. 903. Patriarcha Iacobitarum, cuius Vita ex A edita est *Bibl. Or.*, II, 218. — (12) I. e. quos Maruthas Martyropolim (*Maiperkat*) transtulit. — (13) Cf. oct. 15[2]. — (14) Cf. 1[4]. — (15) Recentem ecclesiam Sancti Georgii ܘܡܩܕܐ, Carrhis everterunt moslemi an. D. 835, una cum templo Sancti Achudemmeh « *quae Carrhis erant ecclesiae Tagriten-*

drinus (1). — XXII. Eugenius martyr et solitarius. — XXIII. Polycarpus martyr et episcopus Smyrnae. — XXIV. Inventio capitis Iohannis Baptistae, Emesae. 2. Et Sergius diaconus e *Huzri (1). — XXV. 1. Iohannes patriarcha. 2. Et Symeon Darensis. Et Elias episcopus ex Ainvarda (2). — XXVI. 1. (Memoria) sanctae Theae martyris (3). 2. Et Porphyrius Gazae antistes. — XXVII. Marcianus, qui Constantinum magnum e baptismo suscepit (4). — XXIX. 1. Nestorius, non maledictus ille quidem, absit! (5). 2. Et Byzantius et qui cum eo passi sunt (6). XXIX. Eusebius solitarius et martyr; eius oratio nobis adsit!

Adar. Dies triginta unus, Signum eius : ♓. Horae diurnae duodecim; nocturnae duodecim. Principium anni Cypriorum.

Iared filius Mahlaleel. Mortuus est anno nongentesimo nonagesimo (7) in mense adar, feria sexta (8). Vir sanctus cuius tempore descenderunt filii Seth e monte sancto et constuprati sunt cum filiabus Caïn neque rursus ascenderunt (9). Graeci die nono adar, qualiscumque occurrit, memoriam agunt Quadraginta martyrum; Syri autem inter septimum diem et decimum quartum sabbato <hebdomadis> in qua intercurrant Quadraginta martyres; quod si dies nonus incidit in sabbatum (10), vel in dominicam, vel in dimidiatam quadragesimam, festum agitur, propterea quod his diebus liturgia celebratur. Feria quarta mediae quadragesimae, festum serpentis aenei, <quae est sancta> Crux; et Abgar regis, atque Guriae, Samonae et Habib. Festum vero Annuntiationis, in quemcumque die incidit, celebrat ecclesia, et si in parasceve Crucifixionis occurret, sacris operabi-

*sium* » (*Chron. eccles.*, Rahmani, p. 242, cf. p. 227 et Mich., III, 529). *Kube* vel *Beth Kube* dictus fuisse videtur locus quidam in ipsa urbe Carrhis (Rahmani, loc. cit., cf. Wright, *Catalogue*, pp. 151, 153). Memento tamen pagum nomine *Deïr Kûbê* exsistere ad orientem Hach (Socin, p. 268). — (1) Scriptor, Wright, p. 933. — (2) *'Aïnvarda* vel *'Aïn Varda*, « fons rosae », in Turabdino, prope Modiad ad orientem (Socin, p. 267). Cave tamen te fugiat, hodie in Perside passam esse virginem nomine Varda, cuius socius S. Daniel ad eundem diem annuntiatur in C (*Acta Mart. Or.*, p. 104). — (3) CP. : τῆς ἁγίας μάρτυρος Θεῆς; SS. : τῆς ἁγίας Μαρθεῆς. Haec eadem Thea cum SS. Paulo et Valentina annuntiatur in CP., die iul. 15[3] et febr. 10[2], ubi genuino nomine vocatur Ennatha. In libello Eusebii de martyribus Palaestinae syriace vocatur *Hatta* i. e. « soror » (cf. B. Violet, *Die Palästinische Märtyrer*, Texte und Untersuchungen, t. XIV, 4, 1896, p. 142-43). — (4) Calendarium Melchitarum arabice scriptum an. D. 1030 (Assemani, *Catalogus*, II, p. 201) : *Marcianus episcopus* ܢܝܩܝܐ (Nicaeae?). CP., 18[2]; SS., 17 : Marcianus imperator! — (5) CP. — (6) CP. — (7) Ita cod. — (8) Alias (cf. C. Bezold, *Die Schatzhöle*, Leipzig, 1888, p. 70-71) : die 13 maii, in parasceve. — (9) Ibid., p. 58 et seq. — (10) Certe otiatur hoc verbum.



mur (1). Primo sabbato ieiunii sanctus Batle (2) eiusque soror Maria; et sanctus Ephraem doctor Syrus, atque sanctus Theodorus.

I. 1. Eudoxia Samaritana. 2. Et Nestor, non maledictus iste quidem, absit! et * Tribimios (3). 3. Et Theodotus. 4. Et Ioseph. — II. 1. Clemens. 2. Et Bartholomaeus. — III. 1. Caelestinus patriarcha. 2. Et Sisinnius (4). — IV. Paulus martyr. — V. 1. Marcus solitarius, qui oculos hyaenae aperuit. 2. Et Gerasimus. 3. Et Conon hortulanus et martyr. — VI. Martyres quadraginta duo, qui in Syria passi sunt (5). — VII. Eubulus et Iulianus medici (6). — VIII. 1. Barhadbesada (7). 2. Et sanctus Hermes, discipulus (8). 3. Et Dionysius (9). — IX. Martyres quadraginta Sebastenses. — X. 1. Septem martyres Corinthii. 2. Et sanctus Maruthas Tagritensis (10). XI. 1. Sanctus Habib. 2. Et sanctus Zecha (11). 3. Et sanctus Nicodemus. — XII. Iohannes * Theophanes. In aliis exemplaribus : hic nomen habebat Alexius, et nocte feriae sextae mortuus est (12). — XIII. Sanctus Epiphanius Cyprius. — XIV. 1. Iulianus. 2. Et beati (monachi) e coenobio sancti Abchai (13). — XV. Romanus, qui exsecta lingua loquebatur (14). — XVI. Sanctus Zeoras Amidensis, solitarius (15).

(1) Ita codex, Assemani non reclamante. Videndum tamen an non omiserit amanuensis describere diem in quem festum Annuntiationis e Sacra Parasceve transferretur. — (2) Cuius nomine patriarcha Mardinensis Ignatius Bar-Sabta ecclesiam Nisibi condidit, an. D. 1480 (Barhebraei supplementum a. Anonymo, I, 839-41). — (3) CP. — (4) Martyr Antiochensis, cuius Acta aethiopice edita sunt ante paucos menses a F. M. Esteves Pereira (cf. sup. p. 69-70). Passus est regnante Diocletiano, 10 mensis miazaia (5 martii; opere illic citato p. 269). — (5) Martyres Amorii. — (6) CP. Εὐβούλου καὶ Ἰουλιανοῦ ἰατροῦ. — (7) Inter discipulos Samuelis Kartaminensis memorat B, fol. 52 : ܒܪ ܚܘܫܒܐ ܗܘ ܕܦܬܚ ܥܝ̈ܢܘܗܝ ܕܛܠܝܐ ܕܐܢܫ ܚܕ ܥܘܠܐ ܘܟܦܘܪܐ ܥܘܪ ܗܘܐ ܐܢܘܢ ܟܕ ܐܡܪ ܢܚܙܐ ܡܢܐ ܡܥܕܪ ܠܗ ܡܫܝܚܐ : *Barḥušabâ, qui aperuit oculos pueri, quos homo quidam crudelis et impius excaecaverat dicens : « Videamus quid eum Christus adiuturus sit »*. Idem inter praecipuos Kartaminae patronos colebatur (cf. Sachau, p. 589) eique videtur dicata fuisse ecclesiam *Mâr Hušâba* cuius ruinas prope Hach vidit Socin (p. 247). Nam pro ܡܪܝ ܚܘܫܒܐ audiendum erat ex ore vulgi *Môr Hušâba*. — (8) Man. pr. in marg. : *Apostolus ac minister episcopatus tempore magistri eius. XL* (martyres). *Et quae sequuntur.* Cf. SS. (CP. Ἑρμύλος). — (9) Man pr. in marg. : « *Alibi : Cor*<inthius>; cf. CP. 10; SS. 8, 9. — (10) Obiit d. 2 mai an. D. 649 (F. Nau, *Histoires d'Ahoudemmeh et de Marouta*, p. 95). — (11) Idem, opinor, ac Nicodemus qui proxime sequitur, sicut die dec. 6 Zacha erat « Nicolaus ». Adeoque primo loco nominatum esse suspicor commenticium illum Habib Gamalielis filium qui cum suo patre et Nicodemo inducitur in epistula Luciani de inventione ossium Stephani protomartyris (cf. Land, III, 83). — (12) Vide ad d. 17. — (13) De quo ad mentionem Hevarae Bar Theodori, nov. 22. — (14) Ergo idem Romanus martyr Palaestinensis, cuius historiam Prudentius exornavit (*Peristephanon*, X), cf. CP., nov. 18[2-3]. — (15) Stylita de quo Iohannes Ephesinus, *De beatis Orientalibus*, c. II (Land, II, 12 seqq.).

— XVII. Alexius martyr inclitus (1). — XVIII. 1. Cyrillus Hierosolymitanus. 2. Et Lamech; <vixit annos nongentos> septuaginta septem. 3. Et Haninas eremita; vixit annos decem et centum, obiitque mense adar, anno octingentesimo undecimo (2). — XIX. 1. Stephanus coenobiarcha ... 2. Et memoria Chrysanthi et Dariae. — XX. 1. Septem mulieres martyres (3). 2. Et sanctus Iacobus Baradaeus solitarius et abstinens (4). — XXI. Macarius minor. — XXII. *Callinice et *Basilissa martyres (5). — XXIII. 1. Macarius maior. 2. Et Polycarpus Smyrnae episcopus, ministerio functus annos octoginta septem. — XXIV. 1. Thomas stylita Tellensis (6). 2. Et martyres octo (7). — XXV. Annuntiatio Dei genetricis Mariae. XXVI. 1. Elisaeus propheta. 2. Et complures martyres Romani. — XXVII. 1. Sanctus Eleutherius (8). 2. Et Philetus (9). 3. Et martyres Persae. 4. Et Iohannes. 5. Et Lydia (10). — XXVIII. 1. *Rhodion discipulus. 2. Et Matrona martyr. 3. Et Kurbur praefectus atque martyr (11). 4. Et Hilarinus eiusque socii. — XXIX. Sanctus Theodoretus martyr. — XXX. Ioiada propheta. 2. Et Marcus episcopus atque Cyrillus diaconus (12). 3. Iaria martyr (13). — XXXI. 1. Martyres triginta octo. 2. Et Iohannes Dailamita (14). 3. Et Abda episcopus atque Beniamin diaconus (15).

Hebdomas albarum. Feria secunda : Maria Magdalene et prophetae. Feria tertia Abraham et Isaac et Iacob, et Adam atque Eva, et Seth, et Henoch. Feria quarta, Dei genetrix Maria. Feria quinta, apostoli et doctores. Feria sexta, martyres qui Maiphe-

(1) In margine man. prima (?) : *in alio exemplari* <filius> *Euph*<emiani>; cf. sup. 12[1]. — (2) In margine man. rec. : *Hananias et vocatus est... per imminutionem* (?) CP. 18[2] : Ἀνίνα τοῦ θαυματουργοῦ; cf. Wright, *Catalogus*, p. 1126. — (3) CP. : Alexandria et sociae ἐν Ἀμίνσῳ. — (4) In margine man. rec. : |||||'*ânâ* (Baradae-). *Porro designatur alio nomine ||||| Pesiltae.* De quo additamento ac de ipso elogio, quod misere corruptum et interpolatum est, vide quae notantur ad exemplar syriacum (p. 149, ann. 15-16) et ad iul. 30[2]. In verbo *solitarius* rescriptum est *episcopus* (?); pro *abstinens*, lege *Macarium*, qui die insequente. — (5) CP. — (6) Floruit saeculo octavo ineunte (Denys, p. 12). — (7) CP. — (8) Martyr romanus : CP., dec. 15; vide 27[3] : Kurbur. — (9) CP., 29[3] : Philetus, Lydia et soc.. SS., 27-28. — (10) Cum Phileto coniungenda. — (11) Magistratus Romanus qui inducitur in Passionem S. Eleutherii (Bedjan, IV, 424 et al.). Idem qui dec. 14[5] appellatus est. CP. dec. 15 Κορέβωρ al. Κορέμων. — (12) CP. 28[1] et SS. 30 : Marcus episcopus Arethusae. — (13) Irene (ܐܝܪܝܐ pro ܐܝܪܢܐ)? Cf. SS. apr. 3. Attamen Iaria virgo memoratur in Passione S. Febroniae (Bedjan, V, 578 et seq). — (14) Mausilensis, qui evangelium Dailamitis praedicasse fertur. Eius Acta inepte fabulosa exstant in codice arabico Paris. Bibl. Nat., nº 281. — (15) Martyres Persae satis noti. Eorum Passio armenio sermone translata prostat in *Վկայաբանութիւնք սրբոց* (I, 1-5). Passi sunt cum eis Sain (*Սաին*) et Hormizdas, de quibus ad sept. 1.



ractae occisi sunt. Et confessores atque peregrini. Et Maria, et Hanna et Elisabeth. Sabbato, sacerdotes et solitarii et coenobitae, atque omnes fideles defuncti. Haec porro hebdomas « Sancta Resurrectio » vocatur, scilicet prima hebdomadum post resurrectionem. Die decimo sexto, memoria Iohannis Bar Naggare (1).

Nisan, mensis florum. Horae diurnae tredecim cum dimidia; nocturnae undecim cum dimidia. Principium anni Hebraeorum Arabum, Atheniensium. Dies habet triginta; notam ܟ. Aprilis.

I. 1. Maria Aegyptia, quae fuit meretrix. 2. Kardag e genere Sennacherib, qui feria sexta coronatus est (2). — II. Mahlaleel, qui vixit annos octingentos quinquaginta novem. 2. Philippus et Bartholomaeus. — III. 1. Translatio Eliae prophetae in caelum. 2. *Theodosia martyr (3). 3. Nicetas martyr (4). — IV. 1. Barlaha (5). 2. Et *Galycus martyr (6). 3. Et Irene martyr. — V. Claudianus, Diodorus et reliqui socii eorum (7). — VI. 1. Mortuus est pater noster Adam, sicut ait sanctus Ephraem, nempe eodem, quo creatus erat, die. 2. Martyres centum et viginti (8). — VIII. Adrianus et Natalia, Iazdinducht martyr, coniux Nataliae, atque martyres viginti centum (9). 2. Agabus propheta novi (Testamenti). — VIII. 1. Alexandra, alias Pulcheria. 2. Acylina martyr, sociique eius martyres ducenti. 3. Rufinus diaconus. — IX. 1. Transitus Iuliani patriarchae, syncelli sancti Severi, anno octingentesimo septimo (10). 2. Sanctus Pherubar (11), duae mulieres meretrices et quadraginta milia (12) septingentae animae cum eo. 3. Chri-

(1) Martyr nobis ignotus. Fortasse aliquis ex iis quos in partibus Ninive interfecit Barsamna Nisibenus (Mich., II, 423 et seq.). Huius Iohannis nomine coenobium Bartollae prope Mausilum aedificavit Gregorius Barhebraeus, qui eiusdem martyris lipsana repperit die 23 nov. a. 1284 (Barhebr., II, 461-63). — (2) I.-B. Abbeloos, *Acta Mar Kardaghi* in *Anal. Boll.*, t. IX, p. 1 et seq., cf. pp. 12, 101. — (3) In urbe Tyro : SS., et CP., mai 29. — (4) CP. de martyrio silet. — (5) Cf. d. 24. — (6) CP. — (7) CP., 5[2]; SS., 4. — (8) Idem qui postridie. — (9) Seleuciae passi an. D. 344, mense aprili, luna 6 (*Acta Mart. Or.*, p. 105-109); cf. CP., aug. 26[1]. — (10) Ita cod.; cf. opusculum quod Land inscribi voluit « *Librum chalipharum* » (Land, I, 14) : *Anno nongentesimo sexto sanctus Iulianus patriarcha mortuus est, die nono iulii* (i. e. an. D. 595). Michael item annum Graecorum 906 statuit (III, 388). — (11) Rescribe : *Sancta Tharbo*, cuius nomen chaldaeum a graeculo amanuensi mutatum in Φερβουθήν vel Φερφούθην vel quod simile monstrum, Syrus noster non agnovit (cf. CP., SS. et H. Delehaye, *Les versions grecques des Actes des martyrs persans*, in Patrologia Orientalis, t. II, pp. 439 seq., 558-59. Cf. maii 5. — (12) *Meretrices* (ܙ̈ܢܝܬܐ), legendum erat « soror » (ܚܬܐ), et *quadraginta milia*, i. e. myriades (ܪ̈ܒܘܬܐ) quattuor, procul dubio concreverunt ex nomine Pherbuta (ܦܪܒܘܬܐ). Quod mendum videtur nostro codice antiquius, nam legitur in C : *Martyrum quadraginta milia et ducentorum trium.*

stophorus (1) et satelles (2) qui abscidit caput eius (die) vigesimo septimo. — X. 1. Sanctus Iacobus Nisibenus. 2. Sanctus Barhadbesaba (3). — XI. 1. Silvanus (4). 2. Et sanctus Mamas (5). 3. Et (memoria) Antipae <episcopi> et martyris. — XII. 1. Antipas episcopus et martyr (6). 2. * Crescens martyr (7). — XIII. 1. Artemo. 2. Et * Adrianus (8). 3. * Guhistazad martyr (9). 4. Abbas Serapion asceta. — XIV. 1. Aristarchus et Trophimus. 2. Et Symeon catholicus (10), cum episcopis ac presbyteris centum, et Ziad (11) diaconus, die crucifixionis Domini. — XV. 1. Mille martyres (12). 2. Quadraginta martyres Bartollae (13). 3. Et Georgius (episcopus) gentium anno millesimo trigesimo sexto (14). — XVI. 1. Leonides martyr. 2. Agape et *Chionia martyr<es> (15). 3. Et sanctus Andreas episcopus. 4. Et duodecim milia sexcenti triginta quattuor <martyres>, inter quos christianam fidem doctus est sanctus Sabas, qui martyrium edidit die decimo sexto mensis ab (16). — XVII. 1. Acacius episcopus (17). 2. Et sanctus * Zoilus (18). — XVIII. 1. Cyriacus qui passus est Carrhis (19). 2. Et transitus sancti Abraham, magistri sancti Barsumae (20). — XIX. (Memoria) * Leonidae (21) martyris et sociorum eius. — XX. 1. (Memoria) Paphnutii. 2. Et sanctus * Socrates. (22) 3. Et sanctus Iacobus. — XXI. 1. Nathanael

(1) A : *Et Chrestus.* Correxit man. rec. infra nomen in margine : *Et sanctus Christophorus.* In margine fol. 185, corrector idem : *Illi passi sunt mense nisan, die nono, in dominica. Sanctus vero Christophorus cum speculatore exitum habuit in mense nisan, die vigesimo septimo, feria quarta.* Vide 27¹. — (2) A : *Speculator.* — (3) Cf. ad d. febr. 8¹. C addit : *et undecim discipuli eius.* — (4) Cf. SS., maii 2 et 3. — (5) Cf. SS., maii 6. — (6) Idem qui heri CP., 11 ; SS., 12 : Antipas episcopus Pergami et martyr. (Recole quae notata sunt p. 137.) — (7) CP. 15¹ ; SS., 12 et 13. — (8) Cf. SS., apr. 16 et 17. — (9) Eunuchus Saporis II ac socius S. Symeonis de quo die sequenti ; cf. SS. et *Acta Mart. Or.*, I, 24 et seqq. Alius *Guhištâzad*, item eunuchus, Seleuciae occisus fuit (ibid., p. 100). — (10) *Bar Ṣabbâ'e*, CP. et *Acta Mart. Or.*, 10-31. — (11) CP. 17² : Ἀζὰτ τοῦ εὐνούχου, corrige ex *Actis Mart. Or.*, l. c. : Γουσθαζάτ : idem qui pridie annuntiabatur. — (12) CP., 17² : χιλίων μαρτύρων καὶ Ἀζὰτ τοῦ εὐνούχου ; vide ann. proximam. — (13) Bartolle suburbium Mausili et quasi urbs altera trans Tigrim, in finibus Ninive (*Iacut's Geographisches Wörterbuch*, ed. F. Wüstenfeld, t. I, Leipzig, 1866, p. 567). Videntur ergo hi martyres esse XL socii SS. Behnam et Sara de quibus dec. 10 (cf. Assemani, *Catalogus*, III, 132 et Bedjan, II, 416 et seq). Bartollae a Barhebraeo reperta fuisse ossa Iohannis Bar Naggare modo legimus (p. 179). — (14) Georgius episcopus Arabum vagantium obiit mense febr. an. Gr. 1035 (D. 724). — (15) CP. — (16) Vide aug. 16². SS. ; CP., 17⁴ : Sabas Gothus. — (17) Mitylenensis, CP., 18. — (18) CP., 14³ ; SS., 13. — (19) Cf. Wright, *Catalogue*, p. 1118. — (20) Vitam eius et miracula scripsit Stephanus eius discipulus (Wright, p. 1128-29). Monasterium ei sacrum in pago Garbia i. e. « aquilonio » prope Modiâd Turabdini memorat A, fol. 240ᵛ (Assemani, *Catalogus*, II, 246). — (21) Cf. 16¹. — (22) Socius S. Theodori ; SS., 19.



apostolus. 2. Petrus Callinicensis, anno nongentesimo secundo (1). 3. Et sanctus Malchus, filius sororis sancti Augin, die quinto Paschae (2). — XXII. 1. Petrus Antiochensis (3). 2. Et Honorius martyr. 3. Et sanctus Paulus qui Cantica exposuit (4). — XXIII. 1. Sanctus Georgius martyr. 2. Et Silvanus Edessenus (5). — XXIV. (Festum) Barlahae (6). — XXV. 1. Coronatio Marci evangelistae. 2. Et Adurhormizd (7), qui et Dadiesus (8) martyr Persa : dies coronationis eius. — XXVI. Basilius episcopus et martyr (9). — XXVII. 1. Christophorus Barbarus et socii eius septingenti (10). 2. Et Symeon Bar Ioseph (11). — XXVIII. 1. Sanctus Addaeus apostolus, princeps discipulorum septuaginta. 2. Et Daniel episcopus Edessae (12). 3. Et sanctus Phinees Hachensis (13). — XXIX. 1. Martyres novem. 2. Et Sophonias abbas Kartaminensis (14). — XXX. Iacobus frater Domini, <idemque> filius Ioseph ; alias Ioseph Zebedaei filius.

Iar. Dies triginta unus. Nota. ܐ Horae diurnae quattuordecim cum dimidia ; nocturnae novem cum dimidia. Maius.

I. Ieremias propheta. 2. Et sanctus Maruthas Tagritensis : (invocatur) in ereptione liberorum (15). 3. Et Moyses propheta, atque Aaron sacerdos. 4. Et (sancta) * Aphrodisia martyr (16).

(1) Antiochiae patriarcha. Obiit in coenobio Gubba Barraia, die 22 apr., si tamen Michaeli fides sit (II, 386). — (2) Bedjan, V, 467. — (3) Idem profecto ac Petrus Callinicensis 22². — (4) Paulus Nisibenus ? — (5) Huius nominis episcopum d. 17 oct. an. D. 398 mortuum esse refert *Chronicon Edessenum* (Guidi, *Chron. min.*, p. 6). — (6) C : *Sancti Barlahae martyris, qui est paganorum servus.* De variis sanctis Barlaha vel Barlaam exponitur in *Anal. Boll.*, t. XXII, p. 129 seqq.). — (7) Pater sanctae Anahid, qui inducitur in Actis sancti Pethion auctioribus (Bedjan, II, 565-83). — (8) Reapse is pater fuit S. Pethion. — (9) Forsan Basilius quondam episcopus Mardin, qui obiit in exturbatione Edessae, d. 23 dec. an. D. 1144 (cf. Mich., III, 630). — (10) Idem qui d. 9³. Cf. Acta eius syriaca (Ioh. Popescu, *Die Erzählung oder das Martyrium des Barbaren Christophorus und seiner Genossen*, Leipzig, 1903, pp. 23, 26). CP. alios martyres huius nominis appellat ad 20 et 24. Cf. ibid., maii 9². — (11) C : Symeon frater Ioseph. Infra 30 et CP. — (12) Cf. ian. 11². — (13) Commemoratio eius praecipua (Bedjan, IV, 217 ; cf. oct. 15⁴). Phinees iste, advena ex urbe Taneos, passus est in *Phenech* ad Tigrim (Bedjan, p. 211). Asceterium eius nomini dedicatum fuit in pago *Azech* prope *Ausar* (p. 217 ; cf. Socin, p. 244-45). Memoratur etiam in eius Passione coenobium S. Achae (cf. ian. 25), in *Zernokâ* Turabdini (Bedjan, p. 211 ; cf. Socin, p. 264). — (14) Isne qui nominatur in B, fol. 52 : ܨܦܢܝܐ ܕܣܡ ܥܠ ܢܦܫܗ ܢܡܘܣܐ ܕܠܐ ܢܡܠܠ : *Sophonias qui sibi legem indixit ne iam loqueretur ?* — (15) Depositus d. 2 mai an. D. 649 (F. Nau, *op. cit.*, Patrologia Orientalis, t. III, p. 95). — (16) A : *Abdachisia.* Nomen prorsus ambiguum corruptum esse opinor ex ܐܦܪܘܕܝܣܝܐ vel ܐܦܪܘܕܝܣܝܐ. Nempe ex nomine *Aphrodisiae* urbis in Caria, quod in martyrologio Hieronymiano et in breviario syriaco ad diem apr. 30 inscribitur (*Acta SS.*, l. c., pp. [LXVI] et [52]), ficta est Aphrodisia quaedam martyr, quam hic reperimus (cf. *Synax. Eccl. CP.*, p. 1009).

5. Et sanctus Michael cum eius sorore, qui <passi sunt (1)> extra portam australem urbis Mardin, <in loco> qui vocatur coenobium Columnae (2). 6. Et sanctus Iohannes Caphanae, qui (vicus) est supra Zaz (3). — II. 1. Mors Noe iusti viri, qui vixit annos octingentos et quinquaginta. 2. Et Alexander Alexandrinus. 3. Et sanctus Daniel Galasensis (4), qui iuvat contra daemones et febres. 4. Et sanctus Achudemmeh episcopus, qui anno octingentesimo coronatus est (5) : hic est puer quem resuscitavit sanctus Sallita (6). — III. 1. Sanctus Sabbatius (7). 2. Et senior sanctus Iulianus (8). <3.> Et Mamas martyr (9) cum eo Timotheus. 4. Et (festum) Mauri (10). 5. Et Sebastiane martyr. — IV. 1. Martyres complures. 2. Et sanctus Eleazar Habsenosita (11). — V. 1. (Memoria) Irenes (12). 2. Et Leontii martyrum (13). 3. Et (festum) Gaianae (14). 4. Et Barbarus (15). 5. Atque Pelagia (16) martyres. 6. Et sancta Tharbo et Meka-

(1) Vel *conditi*. — (2) E : *Michael in coenobio Piscis* (ܕܢܘܢ ܠܥܘܡܪܐ). — (3) Ecclesiam Sancti Iohannis in *Deir Cephân*, non procul ab Hach repperit SOCIN (p. 250). — (4) Manus rec. in margine : *Dies mortis sancti Danielis fuit in mense iar, die secundo*. (Nota postridie obiisse S. Danielem Scetensem; vid. ad. iul. 2³). Vitam S. Danielis in coenobio Galasensi montis Aisum indicat PAYNE SMITH (*Catalogus*, col. 542). Mons *Aišum*, ܐܝܣܘܡ, Graecis Ἀϊσουμᾶς dictus (hodie *Karadžadagh*) Turabdino ad occidentem finitimus erat, ei tamen extraneus (G. HOFFMANN apud GELZER, *Georgius Cyprius*, p. 157; cf. DENYS, p. 69). Titulo Sancti Danielis ܕܐܠܝܠ, monasterium aedificavit Iohannes Mardensis in monte ܕܚܢܝܣܘ (*Bibl. Or.*, II, 221, 228). Coenobium eiusdem nominis in finibus Damasci indicat NÖLDEKE, *Zur Topographie und Geschichte des Damascenischen Gebietes und Haûrângegend*, in ZEITSCHRIFT DER DEUTSCHEN MORGENLÄNDISCHEN GESELLSCHAFT, t. XXIX (1875), p. 439. — (5) Idem profecto qui rursus iun. 2 et aug. 2; at hodie personam gerens e fabula. — (6) Et ideo dictus est Achudemmeh « *quia Dominus eum a mortuis suscitavit* » (in Vita S. Sallitae, BEDJAN, I, 450). Minus absurde in alio exemplari (cf. SACHAU, p. 568) vocatur *Achimârâh* (lege : *Achiehmârâ* : « animavit eum Dominus », ܐܚܝܗܡܪܗ pro ܐܚܝܗܡܪܐ). Obiisse fertur in monte Cevila Corduenes, ubi solitariam vitam duxerat (BEDJAN, l. c.). Alius Achudemmeh Kartaminensis B, fol. 53. — (7) Sabbatius quidam solitarius saxum incolens ad ripam Euphratis describitur in Vita S. Abchai quae legitur in A, fol. 144ᵛ et seq. (e codice Brit. Mus. Add. 12174, edit. a BEDJAN, VI, 557-614, cf. p. 607-608). — (8) Iulianus Sabas. — (9) A : *Mima martyres*. SS. : Παχωμίου, Ἱλαρίωνος καὶ Μάμαντος. — (10) SS. : Ἱερομάρτυρος Μαύρου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ. — (11) Pagus *Habsenâs*, syriace *Habsus* in Turabdino, prope Modiad (SOCIN, p. 266). CP. : Lazarus resuscitatus. E : *Dominica prima maii, Lazarus Habsenosita*. — (12) CP., 4¹ : Penelope, quae et Irene, filia Licinii et Liciniae. — (13) Cf. CP., 4⁵, et probabilius, ut equidem reor, BEDJAN, VI, 217 : S. Leontius, Tripoli in Syria passus, d. 18 iun.; idem de quo Severus Antiochensis paulo post Pentecosten orationem habuit (ASSEMANI, *Catalogus*, III, 234; cf. F. NAU in *Anal. Boll.*, XIX, p. 9-12). — (14) SS.; CP., 4 : Gaianus et Gaiana. — (15) SS.; CP., 8. — (16) CP., 5¹. A Barbaro seiungenda.



dasta, sorores sancti Symeonis Catholici, atque sanctimonialis earum ancilla (1) : quae tres serra sectae sunt. 7. Et sanctus Moyses solitarius e Scete (2). 8. Et Karkus martyr (3). — VI. 1. Novatus et Demetrius eorumque socii (4). 2. Et Iob vir iustus. 3. Et Sergius atque Bacchus. — VII. 1. Crux quae Constantino visa est. 2. Et Acacius martyr. 3. Et sanctus Habib episcopus. — VIII. 1. Iohannes evangelista. 2. Et Dei genetrix. 3. Et abbas Arsenius. — IX. 1. Isaias propheta. 2. Et Probus martyr. — X. Simon Chananaeus idemque apostolus. — XI. 1. Coronatio Euphemiae martyris. 2. Et Barnabas. 3. Et Abgar rex atque Addaeus apostolus. 4. Elisaeus Garbiensis (5). 5. Et sanctus Bassus atque Susanna eius soror (6). — XII. 1. Sanctus Iacobus Nisibis episcopus. 2. Et Epiphanius (7). — XIII. 1. Methodius episcopus et martyr. 2. Et Isaac doctor (8). — XIV. 1. Egressus Addaei apostoli ex urbe Edessa. 2. Et Isidorus (9). 3. Et *Pachomius (10). 4. Et (memoria) Glyceriae martyris. — XV. 1. Festum Dei genetricis ad aristas. 2. Et transitus sancti Samuel Kartaminensis (11). 3. Et coenobiarcha Tabennesiotarum (12). 4. Et Bochtiesus martyr, atque Isaac et Symeon, Persae (13). — XVI. 1. Duodecim milia <martyrum (14)> 2. Et Ebediesus episcopus (15). 3. Et sanctus Theodorus (16). — XVII. 1. Iudas apostolus, frater Iacobi et Iohannis. 2. Et abbas Pachomius. 3. Et sanctus Andronicus, e septuaginta (discipulis). — XVIII. Petrus et Dion<ysi>us martyres (17). — XIX. 1. Patricius martyr cum sociis. 2. Et Agrippa martyr. — XX. 1. Quattuor evangelistae. 2. Et Marcus Tarmakanus (18). 3. Et *Thalelaeus misericors (19). — XXI. 1. Con-

(1) Pherbuta et sociae. Vide apr. 9². Nomen *Mekadaštâ*, i. e. « Sanctificata » non legitur in Actis. Forsitan hic irrepsit pro « Deo dicata » vel quid simile. — (2) Vid. infra, ad sept. 27³. — (3) Ignotus. Cf. Martyrologium syriacum : *Et Heros* (ܘܐܪܘܣ) *episcopus Antiochiae* (*Acta SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LVI]). — (4) CP. : Demetrius, Danax, Donatus et socii. — (5) *Garbia* prope Modiad; vide p. 180, ann. 20. — (6) Vide I. B. CHABOT, *La légende de Mar Bassus, martyr persan* (Paris, 1893), p. 49. Reliquiae S. Bassi conditae putabantur in coenobio ab eius nomine dicto in *Hedel* prope *Isphis* Turabdini pago (CHABOT, pp. 48, 63, 66; cf. SOCIN, p. 245). — (7) CP. et C : Epiphanius Cyprius. — (8) Ut videtur S. Isaac, Ninive episcopus, de quo (vide WRIGHT-KOKOVTSOV, Краткій очеркъ сирійской литературы, Petropoli, 1902, p. 77-78). — (9) CP. : Isidorus martyr. — (10) CP., 15¹. Vide ad diem sequentem et 17. — (11) B, fol. 57 : ܘܗܘܐ ܒܝܘܡ ܫܘܢܝܗ ܡܛܪܐ ܒܡܠܝܘܗ ܕܐܝܪ : *et die migrationis eius, in plenilunio mensis iar, cecidit pluvia*. — (12) Is est manifesto S. Pachomius, de quo heri. — (13) CP. — (14) Socii S. Laurentini, de quo aug. 10² et sept. 27²; cf. apr. 16⁴. — (15) CP. — (16) SS. : ὁ ἁγιασμένος. — (17) CP. — (18) Marcus solitarius in commenticio monte Tarmaqa ultra Aethiopiam. Eius transitum a Ps. - Serapione syriace edidit V. SCHEIL, *Zeitschrift für Assyriologie*, t. XII, p. 162-70. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 126. — (19) CP. : Thalalaeus Libaniota

stantinus imperator et Helena mater eius. 2. Et Athanasius qui aedificavit coenobium in Tell Besme (1). 3. Et Symeon maritimus (2). — XXII. 1. Basili<s>cus, filius sororis sancti Theodori (3) martyris. 2. Et Iudas apostolus. — XXIII. Michael episcopus (4) et confessor. — XXIV. 1. Martyres complures. 2. Et Eusebius Samosatenus. — XXV. 1. Iudas Zelotes, unus e duodecim. 2. Et Petrus Alexandrinus. — XXVI. Carpus unus e septuaginta discipulis. — XXVII. 1. Agrius (5). 2. Et (sancta) * Heliconis martyr (6). 3. Et Theodosia (7) ////. — XXVIII. 1. Obitus sancti Aaronis (8), hora nona, die Pentecostes. 2. Et Eutychius martyr (9). — XXIX. 1. Coronatio Petri Alexandrini, qui pariete pertuso evasit (10). 2. Et Patres trecenti decem et octo. — XXX. Eutychius discipulus Iohannis. — XXXI. * Hermius martyr : cui venenum mortiferum propinarunt neque nocuerunt (11).

medicus, passus Edessae Egaeorum, ubi Severus Antiochensis, in eius templo eius laudes ex tempore dixit (Assemani, *Catalogus*, III, 247 et 546). — (1) Athanasius *Sandelâiâ* vel *Sandelânâ*, i. e. « sandaliarius » seu نعّال, ut quidem vertit interpres arabicus Michaelis (E. Brooks, *A Syriac Chronicle of the year 846*, Zeitschr. der Deutschen Morgenl. Gesellsch., t. LI, 1897, p. 586, ann. 1). Monachus Kartaminensis, qui episcopus factus est Maipheractae et iniuria sedem patriarchalem occupavit, donec eum sui subditi Carrhis suffocarunt an. D. 758. Hic fuerit dies depositionis eius (cf. sup. p. 133), nisi ex nostro calendario corrigere liceat annales istos incerti scriptoris, ubi Sandalius die 11 iun. fertur « obiisse » (Brooks, l. c., p. 577; et *Chron. Min.*, p. 179). Idem auctor, quem paulo fidentius Kartaminensem monachum vocat Brooks (*Chron. Min.*, p. 121; cf. *A Syriac Chronicle*, l. c., p. 570), Athanasium sepultum fuisse testatur in monasterio quod exstruxerat supra Tell-Bešme, ad occidentem urbis Mardin; dum Barhebraeus eum Kartaminae intra coenobium, in tumulo insigni compositum asseverat; quo etiam modo probabiliter intellegendus est Michael cum affirmat mirifici huius martyris ossa apud suos in honore haberi (II, 473). Nam paene ipsa Michaelis aetate, monasterium Tellbesmense prorsus desertum ac derelictum Iohannes episcopus Mardin a fundamentis excitavit (*Bibl. Or.*, II, 221). — (2) Praestantissimum exemplar calendarii Melchitarum Antiochensis, quod syriace descriptum est an. D. 1041 in Monte Nigro prope portum Sancti Symeonis ad ostia Orontis fluvii, hoc loco habet (Assemani, *Catalogus*, II, 166) : ܢܝܚܗ ܕܓܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܕܥܒܕ ܬܕܡܪܬܐ ܒܝܡܐ (cod. ܒܝܡܐ) ܘܡܥܠ : *Obitus religiosi hominis sancti Symeonis, qui prodigia in mari operatur*. CP. 24 : Symeon stylita iunior. Quid iam de S. Thalassio quem appellant CP., 20³ et SS., 22 ? — (3) CP. — (4) Συνάδων CP. — (5) Sic A. *Martyrologium Syriacum* : ܐܘܩܪܝܘܣ (Εὐκαίριος ?) *presbyter et martyr Alexandriae* (*Acta SS.*, l. c., p. [LVII]. In Hieronymianis : *Acculus*, -al. *Aquilinus* (ibid., et p. [67]). — (6) SS.; CP., 28¹. — (7) CP. 29¹. (In codice hoc loco vix supersunt infimae litterulae). — (8) C. : *Aaronis incliti viri Sarugensis*. — (9) *Miletanus*, SS. et CP., 18. — (10) Obiit die 29 mensis hâtûr qui est nov. 25. Cf. Severus ben el Moqaffa', *Historia patriarcharum Alexandrinorum* ed. C.-F. Seybold, in Corpus Script. Christian. Orient., ser. III, t. IX, p. 60-61. — (11) CP.



Dominica quarta post Resurrectionem, sanctus Ionas in terra Bidlis (1). Et quadraginta diebus post Resurrectionem, feria quinta, festum Ascensionis. Et feria quinta ante Pentecosten, sanctus Barsaumas episcopus et martyr. Et altero die postea, sanctus Aaron (qui invocatur) contra invidiam et noxium oculum. Feria tertia apostoli ecclesiam aedificarunt; feria quarta Dei genetricem baptizarunt, et Iacobus primum litatus est. Feria sexta (commemoratio) apostolorum quae vocatur « aurea ». Hactenus de hebdomade post Pentecosten. Hebdomada secunda post Pascha, feria quinta, Petrus apostolus; (feria) quinta hebdomadis tertiae, Iohannes evangelista. In hebdomade quarta post Pascha, feria quarta, celebramus festum dimidiatae Pentecostes; feria quinta, Paulus apostolus. Hebdomade quinta, feria quinta, Thomas apostolus. Hebdomade sexta, festum Ascensionis; atque septima, sanctus Barsauma episcopus et martyr, in coenobio Hasrai (2).

Haziran, mensis manipulorum. Principium anni apud Graecos. Iunius.
Dies triginta. Nota ܠ. Horae diurnae quindecim; nocturnae novem.

I. 1. Gubarlaha filius Saporis et * Kazo eius soror (3). 2. Et sanctus Georgius miles, daemonum expulsor. 3. Et Procopius. 4. Et Phocas (qui invocatur) pro navigantibus in mari. — II. 1. Achudemmes catholicus (4). 2. Et sanctus Ephraem atque sanctus Isaac doctores. — III. 1. Transitus sancti Euthal Magdalensis (5). 2. Et Sabra e Modiad (6). 3. Sanctus Symeon e Zaite,

(1) Prope lacum Thospitis (*Van*) in Arménia Maiore. Sanctus mihi ignoratus. — (2) Exstabat monasterium Barsaumae *Garbium* i. e. « aquilonium » inter pagos *Hašrai*, ܚܫܪܝ et *Bgadšaï*, ܒܓܕܫܝ, quorum posterior oppidulo *Caphar Tutha* adiacebat, in finibus Mardin (cf. codices ap. Assemani, *Catalogus*, III, 121, 277). Alias idem situm fuisse scribitur inter ܒܓܕܫܝ et Tell-Kebab (in Vita Iohan. Mardensis, *Bibl. Or.*, II, 222; cf. 228). Coenobium vero Sancti Abrahae Barsaumae magistri in Garbia memoratum est ad d. apr. 18. Neque multum itineris interest inter loca nec discriminis inter titulos. — (3) Bedjan, IV, 141; cf. CP., sept. 29. — (4) Vide aug. 2. — (5) Certe non Magdal prope Resainam (cf. ad oct. 2). Euthal iste Magdalius idem profecto est quem ad eundem diem appellant synaxaria iacobiticum et maroniticum, Euthal solitarius et thaumaturgus, natus in Lycia urbe (?), unde primum aufugit Mamistam (Mopsuestiam) ac deinde Constantinopolim. Ceterum ܠܘܩܝܐ potuit inscite scribi pro ܠܘܕܝܐ, Ἀμυγδάλινος, « Magdalensis », quod perinde est atque ܡܓܕܠܝܐ, *Magdalaia*; (cf. nomen urbis *Magdalun*, ܡܓܕܠܘܢ, in Pamphylia apud Zachariam Mitylen., l. V, c. 5 (Land, III, 174; it., p. 164). Summam Vitae sancti Euthal e synaxariis variae, nec satis certae originis collectam habes in al-Machriq, t. X, p. 672. CP., iun. 2; SS., 5, 6, 7 : Ἄτταλος. — (6) *Šabrâ*, i. e. « puer ». *Modiâd*, vulgo *Midiât*, pagus praecipuus hodierni Turabdini.

episcopus Carrharum, <qui> et Bar Mondar Habsenosita (1). — IV. 1. Metrophanes episcopus. 2. Et (memoria) Metrodori martyris. 3. Et Theodosius patriarcha anno millesimo undevigesimo (2). — V. 1. Iacobus Edessenus, ex Andipha (3) pago regionis Antiochiae, interpres Sacrorum Librorum. 2. Et Eustathius patriarcha (4). — VI. 1. Thecla sanctimonialis et quattuor sanctimoniales eius sociae (5). 2. Et Drosis (6). — VII. Leontius. — VIII. Theodorus, qui draconem interfecit. — IX. 1. Eustathius et socii eius. 2. Et Cyrillus. — X. 1. Sanctus Zeoras (7). 2. Et Antonius abbas. — XI. Barnabas. — XII. Barbara et Iuliana. — XIII. 1. <O>nuphrius, qui pro peccatoribus oravit, ut iis ignosceretur. 2. Et Kenan (qui) vixit annos nongentos et viginti. — XIV. 1. Methodius episcopus. 2. Et Elisaeus propheta. — XV. 1. Cyprianus et Iusta virgo. 2. Et Daniel (8). — XVI. Martyres septem. — XVII. 1. Manuel, Sabael et Ismael, martyres. 2. Et Alexius Euphemiani filius, et (memoria) Aglaidis matris eius : non idem hic est qui habebat evangelium (9). 3. Et Cosmas atque Damianus. — XVIII. 1. Transitus sancti Ephraem Syri, anno Graecorum sexcentesimo octogesimo quarto. 2. Et Anahid (mulier) Persa (10). 3. Et coronatio Irenes imperatoris Licinii filiae (11), quae convertit ad fidem myriades (hominum) duodecim; alias (scribitur) quadringentas et tredecim (12). — XIX. 1. Iudas, epistolae scriptor et frater Domini. 2. Et (festum) apostolerum Thaddi et Thaddaei (13). 3. Et Zosimus. — XX. Maro ex

(1) Vide ad. ian. 3 et mai. 4[2]. — (2) Hic multiplex perturbatio intercurrit. Anno Gr. 1019 (D. 708), mortuus est patriarcha Iulianus, cognomine Romanus sive « Miles » (MICH., II, 447-48; cf. nov. 8[1]). Anno vero 1207, ineunte mense iunio, defunctus est et in coenobio Kartamin, unde assumptus fuerat, conditus est patriarcha Theodosius, cui cognomen item fuit Romanus medicus (cf. BARHEBR., I, 391, et MICH., II, 549). Unde satis patet quid erroris hic subrepserit. E documento nostro iam probabilius fit Theodosium, non primo, sed quarto die iunii vita cessisse : nam uterque dies ab auctoribus traditur (vide MICH., l. c., cum annot. I.-B. CHABOT, p. 120 interpretat. gall., cum qua parum consistit locus qui in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. IV, p. 502, ex eodem Michaele translatus est). — (3) Lege : *'Aindebâ*, seu « fons lupi » (Cf. WRIGHT-KOKOVTSOV, Очеркъ, p. 907-117). — (4) Antiochiae. — (5) Martyres Persae; SS., 5, 6. CP., 9. Cf. *Synax. Eccl. CP.*, col. 1019-20. — (6) Virgo martyr Persa (*Acta Mart. Or.*, 123). — (7) Saeculo quinto ineunte iam exstabat Amidae Sancti Ze'ora ecclesia, quae nisi postea hoc nomine primum vocari coepta est, non potuit sacra esse stylitae Amidensi de quo mart. 16 (cf. ZACHARIAS MITYLEN., l. VII, c. 4; LAND, III, 210). — (8) Fortasse discipulus Samuelis Kartaminensis. B, fol. 51 : ܕܢܝܐܝܠ ܗܘ ܕܗܠܟ ܥܠ ܡ̈ܝܐ ܘܐܙܠ ܠܩܪ̈ܕܘ, *Daniel, qui super aquas incedens ad Corduenos abiit* (cf. fol. 63). — (9) Vide ad mart. 12. — (10) Filia Adurhormizd, de quo apr. 25[2] (BEDJAN, II, 583). — (11) Irene cf. mai 5[1]. — (12) In margine man. rec. : *Alii scribunt centum et tredecim.* — (13) Sic. A.



Ainvarda (1), coenobiarcha. — XXI. 1. Iazdin solitarius (2). 2. Et Eusebius Samosatensis. — XXII. Elevatio ossium martyrum Persarum. — XXIII. 1. Zeno martyr (3). 2. Et Demetrius diaconus. — XXIV. Natale Iohannis Baptistae, in quo sol exsultat. — XXV. 1. Coronatio * Febroniae (4). 2. Et sanctus Thomas Germaniciae (5). — XXVI. Constantinus Laodiceae episcopus. — XXVII. Cyrillus, filius sororis Theophili papae Alexandrini. — XXVIII. Sanctus Acha, episcopus Arzon. — XXIX. Coronatio Petri et Pauli. — XXX. 1. Duodecim apostoli. 2. Et Patres atque doctores. 3. Et sanctus Daniel Edessenus (6).

TAMMUZ. Principium anni Persarum. Dies triginta unus. Nota ܟ. Horae diurnae quattuordecim cum dimidia; nocturnae novem cum dimidia. IULIUS.

I. 1. Cosmas atque Damianus. 2. Et Sinuthius abbas. — II (7). 1. Bisoes abbas. 2. Et Sergius ille qui Iacobo Baradaeo successit, anno nongentesimo secundo (8). 3. Et Daniel Scetensis (9). — III. 1. Thomas apostolus. 2. Et virgines. — IV. Habib diaconus, discipulus Iacobi doctoris. — V. 1. Discipuli septuaginta duo. 2. Et Thomas Carrharum episcopus (10). — VI. 1. Martha, mater Symeonis stylitae. 2. Et septuaginta martyres incliti (11). — VII. Gabriel episcopus Edessae. — VIII. * Procopius martyr. — IX. 1. Zacharias propheta secundus. 2. Et Iuli<an>us patriarcha (12). 3. Et Iust<in>us imperator (13). — X. Martyres qui Nicopoli passi sunt. — XI. 1. Sanctus Atha-

(1) Ut videtur, sanctus Kartaminensis (vide ad febr. 25[2]). Legendumne nomen *Maro* an *Meruân?* Cf. B, fol. 51 : ܡܪܘܐܢ ܗܘ ܕܐܥܡܕ ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ ܐܢܫ̈ܐ ܒܓܙܪܬܐ ܕܟܐܦܐ *Meruan qui duo milia hominum baptizavit in insula Cephae.* — (2) Cf. sept. 21[3]. — (3) CP. 22. — (4) Man. rec. in marg. : *Sancta Febronia virgo et martyr.* — (5) A Iustino imperatore Samosatam relegatus (BARHEBR., I, 215). — (6) Ecclesiam Sancti Danielis condidit Edessae Eulogius episcopus, c. an. D. 377-378 (*Chron. Edess.*, GUIDI, *Chron. Min.*, p. 5). — (7) Man. pr. in. marg. : *Hodie commemoratio Patrum Iohannis et Macarii et filiorum regum Maximi et Dometii* (qui coluntur Ian. 12[2]). — (8) Sergius Armenus, ep. Edessae? (Cf. MICH., II, 386). Vel Sergius patriarcha, Baradaei socius? (IOH. EPHES., *De Beatis or.*, c. 49; LAND, II, 249). — (9) Cf. mai. 2[3]. Obiit Daniel Scetensis, die 8 mensis pašons, qui est 3 maii (vide Acta eius coptica ed. GUIDI apud CLUGNET, *Vie et récits de l'abbé Daniel le Scetiote*, Paris, 1901, p. 99, cf. p. 83). De nomine ܦܫܢܣ agetur ad sept. 27[3]. — (10) Thomas ep. Carrharum obiit an. D. 738 (BROOKS, *Chron. Min.*, p. 236. — (11) Cf. SS., iun. 28 : οἱ ἅγιοι ο' μάρτυρες οἱ ἐν Σκυθοπόλει. — (12) « *Anno sexto supra nongentesimum obiit sanctus Iulianus patriarcha, die nono iulii* » (*Liber chalipharum*, LAND, I, 14). — (13) Nomen non una ex causa dubium. Notetur tamen Iustinum I regnare coepisse die 9 iulii, an. D. 518 (ZACHARIAS MITYL., l. VIII, c. 1; cf. KRÜGER, *Die sogenannte Kirchengeschichte des Zacharias Rhetor* (Leipzig, 1899, p. 352-53).

<nasi>us (1). 2. Et sanctus Matthaeus. 3. Et Euphemia martyr. — XII. 1. Proclus martyr. 2. Et sanctus Iohannes Mardensis (2). — XIII. Patres eremitae. — XIV. 1. Iustus. 2. Et Epiphanius <3> et Akylas martyres (3). 4. Et sanctus Hippolytus Romanus. — XV. 1. Sanctus Cirycus atque Iulitta eius mater. 2. Et transitus sancti Iacobi Nisibis, anno Graecorum sexcentesimo quadragesimo nono. 3. Et transitus sancti Abhai qui vixit centum et viginti annos (4) : qui aquam invocato eius nomine biberit, huic reptilia non nocebunt. 4. Et Andreas atque Andrias dux (exercitus) imperatorii, cum sociis ter mille, ad *Tigrim fluvium (5). 5. Et Onesima, filia regum. — XVI. 1. Sanctus Nicolaus. 2. Et Marinus martyr (6). — XVII. 1. Martyres centum. 2. Et coronatio * Marinae (7) martyris. 3. Et Menas. 4. Et Longinus, qui confodit Dominum (8). — XVIII. Stephanus primus diaconus. — XIX. 1. Macrina Basilii soror. 2. Et * Divus vir religiosus (9). — XX. 1. Acacius Melitinensis. 2. Et Barhadbesaba diaconus (10). 3. Et Severus Mathematicus (11). 4. Et Paphnutius atque socii eius. 5. Et Iacobus Nisibenus alter (12). — XXI. 1. Ezechiel propheta. 2. Et sanctus Symeon salus atque Iohannes frater eius. 3. Et Elias propheta. — XXII. 1. Maria Magdalena. 2. Et Lucas martyr (13). 3. Et Theodosius Alexandrinus. — XXIII. 1. Rufinus. 2. Et Theophilus. — XXIV. 1. Obitus Athanasii Kennesrinensis anno nongentesimo quinquagesimo quinto (14). 2. Et Iacobus frater Domini. — XXV. 1. Constantinus Edessenus (15). 2. Et coronatio Abdalmassih, quem

(1) Kartaminensis? Cf. B, fol. 52 : ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܗܘ ܕܐܥܡܕ ܠܝܗܘܕܝܐ ܕܓܙܪܬܐ ܘܥܒܕ ܐܬܘܬܐ ܘܬܕܡܪܬܐ, *Athanasius qui Gazartae Iudaeos baptizavit et miracula signaque patravit.* CP. 5 : Athanasius in monte Atho. Quandoque etiam in calendariis copticis, iul. 11 : Athanasius Clysmensis. — (2) Obiit 12 iul., an. D. 1165. Eius Vitam ex A edidit ASSEMANI, *Biblioth. Or.*, II, 217-29. — (3) SS. : Epiphanius Cyprius. CP. : Akylas apost. et m.; SS : Akylas et Hilarius. — (4) Cf. ad d. mai. $3^1$. — (5) Cf. CP. $13^3$ : Andreas miles et soc. et aug. $19^1$. — (6) Profecto idem ac Marina de qua postridie. — (7) CP. — (8) C : *Longinus Cappadox martyr*, quae mentio idem sonat. In Actis armeniis Longinus occubuisse dicitur *a. d. octo calendas augustas* (*Վկայաբանութիւնք սրբոց*, I, 721). — (9) CP : Δῖος πρεσβύτερος. — (10) Martyr Persa, passus luna 20 iulii (*Acta Mart. Or.*, 120-30). — (11) Severus Sabocht ep. Kennesrin, exeunte saec. VII (WRIGHT-KOKOVTSOV, p. 95-96). — (12) Interpretare : Iacobus secundus episcopus Nisibis (cf. Chronotaxin Eliae Nisibeni carptim editam a LAMY, *Bulletins de l'Académie royale de Belgique*, sér. III, t. XV, p. 575-76). — (13) CP. : Phocas. — (14) Profecto Athanasius « Camelarius », Iacobitarum patriarcha, qui ex hoc coenobio electus est. Hic tamen obiit an. Gr. 942 seu an. D. 631 (MICH. II, 414; BARHEBR., I, 275). — (15) Episcopus Edessae nomine Athanasius obiit an. D. 734-735 (BROOKS, *Chron. Minor.*, 235). Eiusdem nominis « metropolita » regebat ecclesiam an. D. 861 (ASSEMANI, *Catalogus*, III, 25).



occidit Levi eius pater, qui postea fidem amplexus est, anno septingentesimo primo (1) : (hic opem fert) mulieribus sterilibus. 3. Et sanctus Zachaeus. 4. Et transitus Dinae (2) matris Dei genetricis. — XXVI. Hermolaus sacerdos et duo fratres eius martyres. — XXVII. 1. Panteleemon martyr, qui est sanctus Asia. 2. Et sanctus Symeon stylita. — XXVIII. 1. Prochorus et Nicanor. 2. Et Capitolinus. — XXIX. 1. Theodota martyr. 2. Laudes Iacobi doctoris. 3. Eupraxia et Hilaria filiae regum (3). — XXX. 1. Dioscorus et Timotheus (4). 2. Et Anast<asi>us imperator. 3. Et sanctus Gregorius maphrianus Orientis, anno Graecorum millesimo quingentesimo nonagesimo septimo (5). — XXXI. Iacobus episcopus Pesiltae (6) ex Umka, Izalae (montis) vico (7), qui discipulus fuit Iacobi magni, Baradaei cognomine, e Constantia minore (8) : hi ambo aetate antecesserunt Iacobum Edessenum Interpretem (9).

(1) Qui oct. $3^2$ dictus est Abda. — (2) Quae Hanna vocatur sept. $8^2$. — (3) CP. iul. $24^2$ : Eupraxia Theodosii consanguinea. — (4) Alexandrini? — (5) Gregorius Barhebraeus. — Hic ascripsit alia man. in marg. : *Die trigesimo mensis tammuz obiit sanctus Iacobus Baradaeus in coenobio magno Sancti Romani quod Cassion vocatur, ad oram Aegypti* (cf. IOH. EPHESINUS, *Ekklesiastike* pars III, l. IV, c. 33; ed. CURETON, *The third part of ecclesiastical history of John bishop of Ephesus*, Oxford, 1852, p. 257-58). — (6) Quod est coenobium Sancti Theodori Stratelatis prope Tellam Mauzelath in Osrhoene. — (7) Unde Michael Syrus (II, 310) et Barhebraeus, (I, 215) Iacobum Baradaeum ortum esse putaverunt ; nam valde probabiliter defendit H. G. Kleyn *Gamuâ* pagum Izalae montis et *'Umkâ* in monte Izala locum esse duobus nominibus unum (*Jacobus Baradaeüs de stichter der Syrische Monophysietische kerk*, Leiden, 1882, p. 38, ann. 2). Mons Izala ipsis paene Turabdini finibus circumscribitur (SOCIN, p. 238; HOFFMANN, ap. GELZER, *Georgius Cyprius*, p. 157). — (8) I. e. Tella ubi reapse natus est Baradaeus (IOH. EPHES. *De beatis or.*, c. 49 ; LAND, II, 249). Ergo Saliba noster ad alterum Iacobum deliberate rettulit documentum idem quod Michael, Barhebraeus, alii, de Baradaeo male sunt interpretati (cf. Baradaei Vitam a Ps.-Iohanne, LAND, II, 364 et seq.). Immo aperte negat homo Turabdinensis Iacobum hunc Pesiltae civem suum esse famosum ecclesiae iacobitae antesignanum, sicut illi putavere. Eandem profecto sententiam tenuit librarius, qui die 30 iul. tacite subdidit Baradaei memoriam. Neque in hoc corripitur ab altero librario, qui ad d. 20 martii, partim rescripto partim interpolato Iacobi elogio, adiecit in margine cuiusdam Pesiltani mentionem; neque ipse superiore loco alterum illum correctorem reprehenderat. Liceatne igitur congruenter opinioni quae hoc loco perspicue traditur, interpretari verba mutila et obscura de quibus ad d. mart. 20 quaestio incidit, adeoque Pesiltanum illum in eo, cuius nomen nunc occurrit, Iacobo Pesiltano agnoscere? Ceterum id observandum est, tribus diebus ante Jacobum Baradaeum in coenobio Cassiani obiisse huius syncellum Sergium (IOH. EPHES., *Ekklesiastike*, l. c.; CURETON, p. 258). Ibidem mortuum esse Iacobum quendam Pesiltae antistitem nos docet Cyriacus Mardinensis (M.-A. KUGENER, *Comment le corps de Jacques Baradée fut enlevé du couvent de Cassion*, REVUE DE L'ORIENT CHRÉTIEN, t. VII, p. 198-201 ; cf. « *Liber chalipharum* », LAND, I, 14). Porro neque hic usquam perspicue designat Baradaeum : quem alioquin parum apte diceret e coenobio Pesilta migrasse ad Dominum (p. 198) et in eodem, cui numquam praefuit, ecclesiam aedificasse (p. 201). — (9) Mirum

AUGUSTUS. AB MENSIS. Principium anni Armenorum atque Persarum. Dies triginta unus (1). Horae diurnae tredecim cum dimidia; nocturnae decem cum dimidia.

Feria secunda prioris hebdomadis, sanctus Addai; et (feria) secunda insequenti, sanctus Azazael.

I. 1. Transitus Aaronis sacerdotis, annos nati centum viginti tres. 2. Et sancta Samona, quae est Salomona, cum septem eius filiis, et Eleazar eorum magister. 3. Et sanctus * Ruben (2). — II. 1. Gamaliel et Habib, filius eius (3). 2. Et transitus sancti Achudemmeh catholici, anno octingentesimo octogesimo sexto, feria sexta (4). 3. Et inventio ossium sancti Stephani (5). 4. Et Pueri Ephesini. — III (6). 1. Lazarus confessor (7). 2. Et Cyriacus Amidae (8). 3. Et Lucas. — IV. 1. Isaias Edessenus. 2. Et Eudocia (9) <3> atque * Ia martyres (10). 3. Et Nicetas thaumaturgus (11). 4. Et sanctus Ruben atque agmen eius (12). — V. 1. Coronatio Addaei apostoli. 2. * Sabellius et Sapphira eius uxor [et] parentes sancti Taliae (13). — VI. 1. Festum Tabernaculorum (14). 2. Et * Melasius abbas. — VII. 1. Sanctus Dometius martyr (15). 2. Et sanctus Abel, qui opitulatur in morbo oculorum et paralysi (16). 3. Et Ægyptii (17). — VIII. 1. Obitus Rabbulae Edesseni, anno septingentesimo quadragesimo sexto. 2. Et sanctus Talia (18) martyr, annos duo natus. — IX. 1. Matthias apostolus. 2. Et alii qui a Secundo iudice interfecti sunt.

foret haec dictu visa esse opportuna, nisi Baradaei memoria in Turabdino aliquantum obscurata fuisset. — (1) In marg. man. pr. : *Littera* ܕ. — (2) Ruben stylita Kartaminensis, de quo cf. B, fol. 51 : ܪܘܒܝܠ ܗܘ ܕܐܩܝܡܗ ܠܐܣܛܘܢܐ ܘܐܬܒܪܟ ܡܢܗ : *Ruben qui columnam fundavit et ex ea benedictionem percepit.* — (3) Vide ad d. mart. 11. — (4) NAU, *Histoires d'Ahoudemmeh et de Marouta*, l. c., p. 46, cum annot. — (5) Mentio laterculo 1 continuanda; cf. mart. 11. — (6) In marg. man. pr.: « *Alias...* » — (7) Cf. B, fol. 53 : ܠܥܙܪ ܗܘ ܕܐܒܗܬܗ ܠܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܘܐܬܟܠܠ ܒܣܝܦܐ *Lazarus qui pudore affecit regem Persarum et gladio martyr factus est.* Lazarum item martyrem, a Barsauma Nisibeno annuente rege Phiruz interfectum, colebat monasterium Nardas in Beth Malud e pagis Beth Nuhâdre (NAU, ibid., p. 67-68). — (8) Episcopus. Obiit an. D. 623 (DENYS, p. 6). — (9) SS. : Ἀνακομιδὴ τῆς ὁσιομάρτυρος Εὐδοκίας. — (10) Cf. DELEHAYE, *Actes des martyrs persans*, p. 453-73. Ἴα, forma femina nominis ἴον, « viola », quam Armeni recte interpretati sunt : Մանուշակ (Vide *Anal. Boll.*, t. XXV, p. 340-41). — (11) A : *thaumaturga*. Utra vox corrigenda ? — (12) Cf. 4[4]. — (13) De quo 8[2]; cf. febr. 1[1]. SS. : Σόβελ, al. Σόλεβ. — (14) Transfiguratio Domini; sic appellata proper verba S. Petri, *Matth.* 17, 4; cf. HIERONYMUS ep., XLVI, 12. *P. L.*, t. XXII, col. 491). — (15) C : *Sancti Dometii monachi et martyris;* CP : Dometii Nisibeni; cf. oct. 4[1]. — (16) Idemne atque Ruben, de quo 1[3] (ܗܘܒܝܠ pro ܪܘܒܝܠ) ? — (17) Octingenti Aegyptii qui in coenobio Kartamin consedisse feruntur (B, fol. 86 et seq., cf. SOCIN, p. 253; SACHAU, p. 286-87). — (18) Vid. 5[2].



3. Et Iob vir iustus. — X. 1. Eulogius asceta Scetensis (1); vixit hic annos centum et viginti, eidemque leo famulabatur. 2. Et * Laurentinus (2) princeps eorum qui martyrium ediderunt in monte Ahmoi (3). — XI. 1. Sanctus Poemen vir religiosus et martyr (4). 2. Et sanctus Eusebona atque Apollonius martyres. — XII. 1. Tuthael stylita, qui mortuum suscitavit (5). 2. Et sanctus Symeon (6). 3. Et Photi<n>us atque <A>nicetus (7). 4. Et Iohannes Cilix. — XIII. Sanctus Iohannes et sanctus Abraham et sanctus Palladius. — XIV. 1. Sanctus Habib, qui oculis medetur. 2. Et sanctus * Anargyrus (8). — XV. 1. Dormitio Deiparae, anno Graecorum ter centesimo septuagesimo quinto (9). 2. Et Theodotus Amidensis anno millesimo nono (10). — XVI. 1. Transitus Cyriaci patriarchae, anno millesimo centesimo vicesimo octavo (11). 2. Et coronatio sancti Sabae martyris ecclesiae

(1) In marg. man. rec. : *Eulogius solitarius discipulus sancti Isidori, qui dein se addixit |||||| eique serviit leo, quadraginta annis.* Cf. WRIGHT, p. 1129. De « Scete » cf. sept. 27[3]. — (2) E principibus imperii, Romae a Diocletiano capitis damnatus una cum Agrippa Syriae praefecto, quem in Mesopotamia ad fidem permoverat; sancto diacono qui eodem die colitur, praeter umbram nominis, omnibus partibus dissimilis, non tamen ab eo multo remotior quam Procopius dux a clerico scythopolitano cuius personam induit (Vide H. DELEHAYE, *Les légendes hagiographiques*, p. 142-65). Eius Acta mendacissima e syriaco sermone in armenium translata servantur (*Վկայաբանութիւնք սրբոց*, I, 634-55). — (3) Milites e Syria romana, quos idem S. Laurentinus ad fidem confitendam adhortatus erat. Milleni eorum socii ad duodecim milia (in armenia interpretatione : ad quindecim et amplius) alii aliis in locis trucidati sunt (vide ad dies maii 16 et sept. 27). Mons *Ahmoe* (cf. ASSEMANI, *Catalogus*, II, 277. cod. 89), in quo strages ultima contigit, armenice vocatur Եհմու, *Ehmu*, ad cuius clivum orientalem sita erant prata spatiosa quae dicuntur Սալմին, *Salmin*, prope lacum quendam (p. 643). Non multo ante nominata erant (p. 641) vicus Ներշի, *Nerši*, et locus in vertice collis, trans flumen magnum, qui ex vocabulo Գտակ Հոռոմոց, « pileus Romanorum », aperte cernitur esse *Kal'at ar-Rûm* in valle Euphratis. Scilicet pro voce peregrina ܩܠܥܐ, alias ܩܠܥܬܐ (قلعة), interpres arabice imperitus legit ܩܘܠܥܐ. Quae coniectura si verum assecuta est, scripsit iste antequam apud cives suos increbruit nomen arcis Հոռմկլայ, ubi medio saeculo XII Armenorum catholici sedem fixerunt. Ceterum nomina descriptionesque locorum non secus ac reliqua « Laurentini » historia fabulam sapiunt. — (4) Ad hunc videtur spectare annotatio erratica in marg. : *et solitarius.* — (5) Kartaminensis. B, fol. 51 : ܛܘܬܐܝܠ ܗܘ ܕܐܚܝ ܡܝܬܐ Et *Tu<th>ael qui mortuum suscitavit.* — (6) Praeter conditorem coenobii et Abu Kurram, quinque saltem sanctos Kartaminenses eiusdem nominis memorat B (fol. 50v-53; cf. SACHAU, p. 582). — (7) CP. — (8) Intellege : SS. Cosmam et Damianum (cf. sup., p. 137). — (9) In marg., man. incerta : *Sabbato, mense tammuz. LXXXIX. Anno LXIX adventus Domini nostri Iesu Christi.* Quam tamen annotationem diei 2 vel 3 vel 4 subnexam crederes. — (10) Stylita in Deir Kaluk prope Daram urbem. Obiit an. Gr. 697 vel 698 (DENYS, p. 20-21). — (11) In marg. man. rec. : *In Libro temporum, anno millesimo centesimo undetrigesimo* (h. e. in Chronico Barhebraei, II, 189; cf. I, 343).

maioris Hachensis, annos duodecim natus mensesque octo : in quem diebus quadringentis et nonaginta saevierunt (1). — XVII. 1. Coronatio Stratonicae et Seleuci, eius sponsi. 2. Et (memoria) * Myronis martyris (2). — XVIII. 1. Coronatio sancti Sabae et discipulorum eius (3). 2. Et sanctus Philoxenus (4). 3. Et Florus atque Laurus fratres. — XIX. 1. Andreas et socii eius quingenti (5). 2. Et prophetae omnes. — XX. 1. Samuel propheta. 2. Et sanctus Sabai solitarius et episcopus, anno Graecorum quadringentesimo (6) septuagesimo octavo. 3. Et Lebbai, qui Thaddaeus cognominatus est. — XXI. 1. (Memoria) Luciae martyris (7). 2. Et Bassa atque filii eius tres. 3. Et sanctus Iohannes. — XXII. 1. Agathonicus et socii eius. 2. Et Abraham, Isaac atque Iacob, cum ceteris patribus. — XXIII. 1. Paulus Edessenus (8). 2. Et Eustathius et cum eo Meletius Antiochiae. — XXIV. 1. Elisaeus e Tanhir. 2. Et sanctus Sabai (9). — XXV. 1. Titus discipulus Pauli. 2. Et prophetae. — XXVI. 1. Adrianus martyr et (memoria) * Nataliae uxoris eius (10). 2. Et Diomedes atque Thyrsus martyres (11). — XXVII. 1. Zachaeus publicanus episcopus Caesareae. 2. Et Seth formosus, nongentos et duodecim annos natus. 3. Et Palpatinus episcopus et martyr (12). — XXVIII. 1. Hermes martyr. 2. Et Serapion. 3. Et

(1) E : *Sabas et sociorum eius XI milia* : de quo martyre mentio iam occurrit ian. 23² et apr. 16⁴. Iamvero collatis inter se tribus hisce laterculis, constat illum esse Sabam nepotem Saporis, qui ethnico nomine dicebatur *Piršušnasp*, et in cuius honorem conditum est coenobium Fontis (ܡܝܐ ܕܒܥܕܐ BEDJAN, IV, 222 et seqq., cf. p. 248). In pago *Phîr* prope *Isphîs* in parte orientali montium Turabdini repperit Taylor a. 1865 locum parietinis ac ruderibus insignem, ubi aiebant incolae occisos fuisse a Sapore sex milia hominum, quod filium suum ad fidem christianam allexissent (apud G. HOFFMANN, *Auszüge aus Syrischen Akten persischer Märtyrer*, Leipzig, 1880, p. 27-28). — (2) CP. 17. — (3) Aegerrime discernendus ab eo qui postridie appellatur. — (4) Kartaminensis? Cf. B, fol. 51 : ܩܕܝܫܐ ܟܣܢܝܐ ܘܐܣܛܦܢܘܣ ܕܐܥܡܕܘ ܚܢܦܐ ܒܩܪܝܬܐ ܩܘܪܝܗ : *Sanctus Xenaias* (Philoxenus) *et Stephanus, qui paganos baptizarunt in pago Kuraieh.* — 5) CP. : δισχιλίων πεντακοσίων ἐνενήκοντα τριῶν; cf. iul. 15⁴. — (6) Ita cod.; numerus ceterum incertus. (HOFFMANN, p. 78 et BEDJAN, II, 679). Nempe qui latercula 18² et 20¹ inter se conferat, et simul Salibae nostri mores perspectos habeat, is profecto utrobique designari putabit *Gušniazdad* Medum, qui in baptismo Sabas nomen accepit et dictus est paganorum apostolus (BEDJAN, II, 635-80). *Šâbâ* arabico ritu pro *Sâbâ* scribi potuit, ne sanctus hic haberetur pro S. Saba Hachensi. — (7) CP : Lucius. — (8) Callinicensis? (WRIGHT-KOKOVTSOV, Очеркъ p. 65-66). — (9) Fortasse thaumaturgus a quo conversus fertur S. Dometius (cf. BEDJAN, VI, 544). — (10) CP. — (11) Lege : *Diomedes Tarsensis*, CP. 16². — (12) Haereo in nomine. C, 18 : *Martyr sanctus Palantis* (ܦܠܢܛܝܣ) *et eius socii tres.* Calendarium vetus de quo ad maii 21³, hodie ; *Festum religiosi viri sancti Sabae .[et ?] abbatis 'Anti* : ܓܒܪܐ ܕܚܣܝܐ ܡܪܝ ܣܒܐ ܕܐܒܐ ܒܥܢܛܠ. Alias (cf. PAYNE SMITH, *Catalogus*, 364-65) : *Sanctus Sabas in 'Antal* : ܕܥܢܛܠ. Alias Iulianus *Sabas in 'Antal* (ibid.). In breviario syriaco (*Act. SS.*, l. c., p. [LX]) : Sabas presbyter, scilicet « senex », qui apertius significatur in calendario Chorasmio d. 26 : *Sanctus Sabas monachus, senex decrepitus* الراهب الشيخ الهرم (SACHAU, *Albêrûnî*, p. 301). Tandem in C, d. 17, annuntiatur Iulianus Sabas sicut in martyrologio hieronymiano, d. 25 (*Acta SS.*, l. c., p. [110]). (De S. Iuliano martyre Brivate in Arvernis cogitandum non est; cf. PAYNE SMITH, l. c. annot.). Num ista omnia sola fors hic conseruit?



Moyses Aethiops, qui mortuos spoliabat. 4. Et martyres triginta tres (1). 3. Et <An>thusa (2) martyr. — XXIX. 1. Amputatio capitis Iohannis Baptistae. 2. Et <hodie> mortuus est (3) parens noster Adam, postquam annos nongentos et triginta vixerat. 3. Et Pelagia meretrix. 4. Et sanctus Iohannes Arabs. — XXX. 1. Illatio cinguli Deiparae. 2. Et (memoria) Theclae martyris. — XXXI. 1. Hodie dextram sancti Gabrielis Kostanensis (4) amputarunt et in castrum Hach detulerunt ad averruncandam pestem tuberosam (5). 2. Et Paulus * Syncellus, episcopus (6).

ELUL. Principium anni Aegyptiorum et Macedonum. Dies eius triginta. Nota ↿. Horae diurnae duodecim; nocturnae duodecim. SEPTEMBER.

I. 1. (Memoria) Hormizdae et mulierum (7) sanctarum, martyrum. 2. Et (commemoratio) sancti Malchi (8). 3. Et Dei genetricis. — II. 1. Transitus sancti Symeonis stylitae. 2. Et sanctus

— (1) CP., 28³ : Martyres XXXIII Nicomediae; SS., 16 : Martyres XXXIII e Palaestina. Verum die aug. 18 Armeni legunt Passionem, e graeco sermone translatam, SS. Stephani et sociorum eius, qui Cucuso profugi, damnati sunt in castro munito quod hodie vocatur *Kanši* vel *Ganši* : *յամրոցին դղեկ որ այժմ կոչի* կանչի, et videtur non admodum procul ab urbe Caesarea quaerendum esse (Վ. *Կայաբանութիւնք սրբոց*, I, p. 322-39; cf. pp. 326 et 328). Vulgo creduntur sepulti fuisse in Ուլնի (Iuliopolis). — (2) SS., 27, 28. — (3) In marg. man. rec. : *Ephraem ait sexto* (die) *nisan, et sanctus...* — (4) Vid. dec. 23. — (5) B, fol. 114 : saeviente lue in coenobio, Kartaminenses e sepulcro extulerunt corpus S. Gabrielis; cui sollemniter supplicantes, repentino prodigio servati sunt; fol. 114ᵛ : *Porro consilium ceperunt omnes monachi ut aliquod ex ossibus eius resectum in arcula includerent, et quotiens in aerumnis vel angustiis versarentur, in eo praesidium quaererent, nec quotiescumque rogarentur corpus integerrimum educendum foret. Deliberatum fuit hoc agere; sed id veriti sunt.* Cet. periere. Fol. 111ᵛ : *Festa eius duo : unum in Dominica Nova; alterum die aug. XXXI, ut in quo dextra sancti praecisa sit propter anginam luem; quae est sollemnitas sancti :* ܡܛܠ ܕܗܘ ܦܣܩܘ ܡܩܕܫܢܘ ܘܩܕܝܫܐ ܡܛܠ ܚܫܐ ܕܚܢܩܐ ܕܒܓܪܓܪܬܐ ܗܘܐ ܚܕܐ ܐܝܕܗ ܕܩܕܝܫܐ — (6) Cf. CP. Nomen incertissimum. — (7) Ita cod., sed litura pertenui rescribere possis ܫܝܢܐ, *Šaina* aut ܣܘܝܢܐ, quod est Σουήνης vel Σουίνης : nomen martyris, cum Hormizda a Iuliano condemnati (THEODORETUS, *Hist. eccl.*, V, 39; GAISFORD, p. 491; cf. apr. 31³). — (8) C : *Malchus Clysmensis et Euthal eius discipulus*; C : Malchus Clysmensis matruelis sancti Augin. Obiit 21 apr. (BEDJAN, V, 421-69). Scriptura incerta.

Agrippas (1) et mille martyres eius socii. 3. Et Mamas martyr atque asceta (2). 4. Et Theodota martyr cum eius filiis (3). — III. 1. Anthimus martyr. 2. Et Aitalaha Edessenus (4). 3. Et immolatio Isaaci. 4. Et Kona atque Saad (5). — IV. 1. Transitus Dioscori (6). 2. Et coronatio Babylae et puerorum qui cum eo erant. 3. Obitus sancti Iohannis Chrysostomi (7). — V. 1. Transitus Iohannis Capharseniae (8) in finibus Antiochiae ; qui in eius et sancti Cononis (9) nomen peieraverit opprobrio afficietur. 2. Et sanctus Sarbel atque Babai eius soror (10). — VI. 1. Eudoxius praefectus exercitus. 2. Et *Cyriacus, *Vivus et Andronicus diaconus (11). 3. Urbanus episcopus idemque confessor atque octoginta presbyteri. *— VII. 1. *Sozon martyr (12). 2. Et Theodotus Ancyranus. 3. Et Iohannes... 4. Et Petrus (13). — VIII. 1. Nativitas Dei genetricis. 2. Et Ioachim atque Hanna parentes eius. 3. Et Theodotus Amidensis (14). — IX. Iora (15) martyr. — X. Porphyrius et Leontius martyres. — XI. 1. Matthaeus evangelista. 2. Et Athanasius. (3). Et Alexander (16). — XII. 1. Festum apostolorum. 2. Et Iohannes Chrysostomus. 3. Et (memoria) Olympiae diaconissae. — XIII. 1. Dedicatio ecclesiae. 2. Et sanctus Iohannes (17). — XIV. 1. Transitus Iohannis (18). 2. Et festum Crucis. — XV. 1. Sanctus Kasis (19) Hachensis. 2. Et Kura atque Silvanus (20). 3. Et Guria, Samona atque Habib martyres. 4. Et Nicetas martyr. 5. Et (memoria) *Acacii (21). 6. Et

(1) S. Laurentini socius, de quo aug. 10; cf. 27². — (2) BEDJAN, VI, 431-45. — (3) Theodotus, pater eiusdem S. Mamantis? — (4) Vide ad oct. 19³. — (5) Cono episcopus (CURETON, *Ancient Syr. docum.*, p. 73), cuius ecclesiam an. D. 307 memorat falsus Iosue stylita (WRIGHT, *The Chronicle of Joshua the stylite.* Cambridge, 1882, p. 39). Alias idem vocatur Ionas vel Nonnus (ܝܘܢܐ, ܢܘܢܐ pro ܟܘܢܐ). Cononi successit Šaʿad, al. *Šaʿuth* vel *Šaʿuthâ* (cf. MICH., I, 120 et ann. CHABOT ad loc., p. 203 interpr. gall.). — (6) Alexandrini. Cf. Calendaria coptica ad thôut 7 (= sept. 4). — (7) Vide sept. 14. Hic pro Iohanne, de quo postridie. — (8) Κώμη τίς ἐστι τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ πρὸς ἑσπέραν, αὐτῇ ἐπικειμένη τῇ ὄχθῃ, Καπερσανᾶ καλουμένη (THEODORETUS in Vita Salamanis, *Religiosa historia*, c. XIX, *P. G.*, LXXXII, 1428). — (9) Isne sit episcopus Edessae de quo ad 3⁴, an Cono Isauricus (CP., mart. 6¹) an quis alius (cf. *Anal. Boll.*, t. XXVI, 261), non liquet. — (10) Depositio eorum (CURETON, op. cit., p. 60. Cf. ad dec. 10⁵). — (11) Nomina a correctore vitiata vel rescripta. CP., 6⁵ : ... Βίβου διακόνου, ... Κυριακοῦ ἐπακολούθου, ... Ἀνδρονικοῦ στρατιωτοῦ. (12) CP. — (13) Interiecto ante nomen spatiolo. CP. : Petrus Εὐλαβής. — (14) Vide aug. 15². — (15) Lege *Severus* (ܣܘܝܪܐ) SS., 7, 8. — (16) Coniunctio nominum suspiciosa. Legendumne : *Athanasius Alexandrinus?* — (17) Forma graecanica : *Ivanis*. Intellege Chrysostomum. — (18) Rursus idem. — (19) I. e. « presbyter »; cf. ian. 27². — (20) Episcopi Edessae. *Kûrâ* (Cyrus?) obiit an. D. 396, d. iul. 22 (*Chron. Edessen.*, GUIDI, *Chron. Min.*, p. 6). Silvanus, item Edessae episcopus, obiit d. 17 oct. an. 398. (*Ibid.*) — (21) Item C; SS., sept. 15 : inventio reliquiarum Acacii ep. Melitinae.



martyres sex. — XVI. 1. Sanctus *Saina (1). 2. Et sanctus Thomas apostolus. 3. Et sanctus Andreas. 4. Et Pistis, quae et « Spes » (2), et Agape, quae est « Caritas », atque Elpis, quae est « Fides » (2), atque Sophia, quae est « Sapientia », mater earum. 5. Et coronatio martyris Euphemiae. — XVII. 1. Nicetas martyr. 2. Et Dei Genetrix, cum mortuum resuscitavit. 3. Et coronatio Sophiae cum filiabus eius (3). — XVIII. 1. Matthaeus solitarius. 2. Et Iacobus Aegyptius, anno Graecorum septingentesimo trigesimo secundo (4). 3. Et Almodia, cum duobus filiis eius (5). 4. Et sanctus Symeon (6). — XIX. Trophimus et Sebastianus (7). — XX. 1. Mille sancti in coenobio Killith (8). 2. Et sanctus Habib Scetensis (9), e societate sancti Augin. 3. Et coronatio Eustathii, uxoris eius ac liberorum. — XXI. 1. Coronatio pontificis Hierosolymorum Symeonis filii Ioseph, sponsi Deiparae Dominae nostrae. 2. Ias Cyprius (10). 3. Et Iazdin Bar Adurmiz Hachensis (11). 4. Et Marcus martyr coenobii Henikae (12). 5. Et Phocas martyr, quocum columba humana voce collocuta est. — XXII. 1. Iazdin solitarius (13). 2. Et Ionas propheta. 3. Et coronatio Phocae (13) ac discipulorum eius. 4. Et sanctus Iohannes (14). 5. Et requies confessorum. 6. Et Theophanes poeta (15). — XXIII. 1. Annuntiatio Zachariae, secundum computationem solarem ; ex computatione autem lunari, incidit illa in diem decimum tesrin posterioris (16). Et

(1) « Qui prius latro fuit et Iudaeus » (KARMSEDINOIO ap. PAYNE SMITH, *Thesaurus*, col. 4141). At notum est ܚܡܐ leviter aberrante sive manu sive oculo scribi posse pro ܚܠܐ (Cf. CHABOT, *Mich.*, III, pp. 116 et 148 interpr. gall.). Coenobium Sancti Silae Carrhanense memoratur in B, fol. 112ᵛ-113 (cf. BROOKS, *Chron. Min.*, p. 233). Probabilius etiam legi potest ܚܠܐ, i. e. *Ḥâlâ*, monachus Turabdinensis, discipulus S. Iacobi, de quo 18². — (2) Sic A. — (3) Eadem quae pridie. Cf. tamen CP., 17⁶. — (4) Iacobus inclusus in coenobio *Salah* prope Hach (SOCIN, p. 265-66); qui cum undecim discipulis martyrium edidit coram Samir duce Persarum d. 18 sept., an. D. 421. Vitam eius ex A fol. 62 seq. adumbravit ASSEMANI (*Catalogus*, II, 245). — (5) Hic vacat spatiolum. — (6) Vide postridie. — (7) CP. : Σαββάτιος. — (8) Socii sancti Abai (oct. 1), cuius coenobium erat in Killith, pago montis Kuros (ܩܘܪܘܣ) Turabdini occidentalis (SACHAU, 814; ID., *Reise in Syrien und Mesopotamien*, Leipzig, 1883, p. 420). Istud etiam prorsus derelictum repperit Ioh. Mardensis (*Bibl. Or.*, II, 221). — (9) Hic fortasse legendum : *e comitatu*; cf. 27⁴. — (10) Isaacius ep. Cypri; cf. *Synax. Eccl. CP.*, col. 952. — (11) Al. filius *Mihriâr* (ܡܗܪܝܐܪ), magister sancti Pethion (BEDJAN, II, p. 560-65). — (12) Marcus, e martyribus Calytenis (CP., 28²), Claudiopoli passus d. 21 sept.? — (13) Idem qui pridie? — (14) CP. : Conceptio Ioh. Baptistae. — (15) CP., oct. 11⁸. — (16) Haec sollemnitas reapse diei oct. 10 assignatur in calendario Melchitarum regni Chorazmii, quod rettulit al-Birûni (SACHAU, *Chronologie Orientalischer Völker*, p. 291).

annuntiatio Elisabeth, matris Iohannis Baptistae. 2. Et (commemoratio) sanctarum mulierum. 3. Et (memoria) Mathusaleh, qui vixit annos nongentos et sexaginta. — XXIV. 1. Sanctus Dometius Persa, qui in (monte) Kuros requiescit (1). 2. Et Iohannes. 3. Et Thecla martyr. 4. Et Babylas atque discipuli eius. 5. Et (vir a Deo) electus Meletius. 6. Et Thomas Turabdinensis. 7. Et Placidas atque uxor eius Theopista ; hic est Eustathius. — XXV. 1. David. 2. Et sanctus Dencha in monasterio Kabrathae. 3. Et Iulianus Sabas. 4. Et sancta Euphrosyne martyr (2). 5. Et martyr Romanus. — XXVI. 1. Transitus Iohannis evangelistae. 2. *Et Rhipsime ac martyres triginta tres (3) eius sociae. — XXVII. 1. *Gaiana earum magistra, atque aliae duae in Armenia <interfectae> a *Tiridate fratre patruele sancti Gregorii, qui Armenos ad fidem convertit. 2. Et milia duodecim <martyrum> et sanctus Agrippas atque Laurentinus; sunt autem qui <hoc festum> agant dominica prima septembris (4). 3. Et coronatio martyris *Paphnutii (5). 4. Et (commemoratio) sanctae Mariae Scetensis (6). — XXVIII. 1. Transitus sancti Charitonis Hierosolymitani. 2. Et Ionas episcopus Hachensis, qui in urbe Apamea martyrium edidit. — XXIX. 1. Octoginta milia digitorum amputarunt Graeci Alexandrini benedictae genti Aegyptiorum, quod isti signum crucis uno digito formarent.

(1) A Dometio martyre Persa, quem colunt Graeci, prorsus discernendus est hic Dometius item Persa, asceta et thaumaturgus (BEDJAN, VI, 536-56), qui vixisse fertur in monte Kuros (ܩܘܪܘܣ, BEDJAN, p. 543), ubi celebre quondam fuit eius coenobium in pago Killith iuxta monasteria Sancti Theodoti et Sancti Abai (SACHAU, *Reise*, p. 420; PAYNE SMITH, *Catalogus*, col. 573). Attamen in Vita Ioh. Mardensis haec duo postrema tantum memorantur; contra non semel mentio est coenobii Sancti Dometii quod ipse Iohannes condidit inter *Hûr* et *'Abar* (ASSEMANI, *Bibl. Or.*, II, 221, 226, 228). — (2) In marg. man. rec. : *Quae et Smaragdes Paphnutii filia.* — (3) In marg. man. rec. : *triginta sex.* — (4) Sodales S. Laurentini militis (vid. aug. 10). Porro in prooemio Passionis armeniae (l. c., p. 635) magna pars commilitonum Laurentini occubuisse dicuntur cum ipsis ducibus Laurentino et Agrippa die 27 sept., alii die 12 maii (vide d. maii 16[1]), alii die aug. 10, alii primo sept. Ex iis *paucorum quorundam milium celebratur memoria hic die secundo septembris, locis vero aliquot die primo : իսկ ոմանց սակաւուց հարիւրաւորաց՝ աստ 'ի յերկուքս սեպտեմբերի, բայց 'ի միասին յիշատակին անդ և աստ.* — (5) CP. 25[4]. — (6) In consueta significatione ܣܝܥܬܐ est « sodalitium, comitatus, agmen », atque usitate dicitur de congregatione monachorum. Attamen ex elogiis SS. Danielis (iul. 2), Eulogii Aegyptii (aug. 27), aliorum, conicio nomen hoc artificiosa quadam interpretatione positum pro ϢΙΗΤ. ϢΙϨΗΤ. شيهات quod est Scete. ASSEMANI : « Ex agmine S. Eugenii » (Augin), quod certe hoc loco falsum est; nam eadem sancta annuntiatur in menaeo Melchitarum (PAYNE SMITH, *Catalogus*, col. 315).



2. Et sanctus Cyriacus discipulus sancti Charitonis. — XXX. 1. (Festum) Gregorii catholici, qui Armenos ad fidem convertit, postquam saevos cruciatus pertulerat. 2. Et (memoria) sancti Amai episcopi Turabdini, qui Hachensis erat (1) et a cuius nomine cognominata est et appellata planities orientalis (2); martyrium hic edidit in urbe Tanazi. 3. Die trigesimo iterum sollemnitas baptismi Armenorum (3) ad ripam Euphratis. 4. Et sanctimonialium quae una cum sancto Gregorio sacro ministerio fungebantur. 5. Et sancti Xenophontis viri religiosi ac filiorum eius.

Dominum (Deum), propter cuius sincerum amorem sancti, quotquot hic nominati sunt, aerumnas, tormenta, varia necis genera, vexationes, periculorum vices sustinuerunt, et cuius suave iugum gestaverunt a solis ortu usque ad occasum, per omne tempus aetatis suae, flagitamus, ut propter illorum preces, inducat pacem et tranquillitatem suam super ecclesiam suam sanctam et populum suum orthodoxum ; atque misericordiam, gratiam, veniam peccatorum eius et (parentum) ipsius defunctorum, largiatur Rabban Salibae (4), doctori et presbytero, seni venerando, qui anquisivit et congessit hanc materiem, post multos labores. Atque bene precamur eius filio Rabban Iosue et omnibus necessariis eius. Amen. Et qui precabitur ipse veniam obtineat, Deoque sit gloria.

Absolutus est index, seu tabula festorum anni (5).

(1) Kartaminensis. B, fol. 53 : ܥܡܝ ܗܘ ܕܐܣܗܕ ܒܡܕܝܢܬܐ ܛܐܢܙܝܢ : *'Amai qui martyrium edidit in urbe Ṭânâzîn.* — (2) Forsitan *'Amai*, ubi Iohannes Mardensis ecclesiam aedificavit (*Bibl. Or.*, II, 228). — (3) A : *festum hog* (ܗܘܓ, reor, pro ܗܘܝ), de quo glossemate portentoso, quod miranda fortuna in *Thesaurum syriacum* docti viri PAYNE SMITH irrepsit (col. 988), quaestionem movit b. m. Nic. Nilles (cf. *Kalendarium utriusque ecclesiae*, t. I, p. 290-91) et eruditorum responsa discussit (t. II, p. 634). — (4) Man. rec. in margine : *Filius Chiron beate defuncti.* — (5) Clausulam add. corr. Interiecto scholio quodam de mensibus, sequitur annotatio haec quae martyrologio continuari videtur : *Exsecrandus Barsauma Nisibenus occidi iussit e gente nostra septuaginta milia et octingentos martyres; (alias scribitur : septem milia pontificum et octingentos optimates), quia Nestorii confessionem iudaicam non admittebant.*

# INDEX SANCTORUM

Hoc indice non complexi sumus nisi nomina sanctorum quorum mentio a synaxariis graecis abest vel in iis aliter traditur. Catervas martyrum quæ nullo vocabulo nec hominis nec loci certius designantur, fere prætermisimus. Nomina inaudita vel inania obliquis litteris notata sunt.


Aaron oct. 22.
Aaron Singarensis nov. 8.
Aaron solitarius febr. 3.
Aaron mai 28.
Abai nov. 1.
Abai Hachensis nov. 18.
Abai m. et Adurphiruzgard oct. 1 (nov. 1).
Abchai ep. Nicaeae iul. 15.
Abda ep. Edessae febr. 16.
Abda. *Vid.* Abdalmassih.
*Abdachisia* mai. 1.
Abdalmassih oct. 3, iul. 25.
Abel aug. 7.
Abgar rex mart. 1, mai. 11, p. 176.
Abraham magist. Barsaumae apr. 18.
Abraham Kidunensis dec. 14.
Abraham scriptor dec. 30.
Abselama (Baalsema) ep. Edessae oct. 19.
Acha ep. Arzon iun. 28.
Acha coenobiarcha ian. 25.
Achudemmeh mai. 2, iun. 2, aug. 2.
Addai ap. oct. 30, apr. 28, mai. 11 et 14, aug. 6.
Addai oct. 18, ian. 23.
Adurhormizd (Dadiesus) apr. 25.
Adurphiruzgard. *Vid.* Abai.
Aegyptii aug. 7.
Aggai ep. Edessae ian. 9.
Aggrippas et soc. sept. 2 et 27. *Vid.* Laurentinus.
*Aina* in Beth Kusi dec. 30.
Aitalaha ep. Edessae sept. 3.
Amai Turabdinensis ep. et m. sept. 30.
Anahid. mulier Persa iun. 18.
Anastasius imp. iul. 29.
Antonius Koreisita dec. 24.
Apollonius. *Vid.* Babylas.
Artemius ap. 13.
Asia Panteleemon (oct. 1 et 15, aug. 27).
Astina mulier Persa. *Vid.* Hevarta.
Athanasius (Camelarius) patr. ian. 3.
Athanasius Kennesrinensis ep. iul. 24.
Athanasius (Sandalaia) mai. 21.
Athanasius iul. 11.
Azazael m., p. 190.
Baalsema. *Vid.* Abselama.
Babylas ep. Antiochiae, Urbanus, Apollonius et Barbadus ian. 24, sept. 4 et 24.
Barbadus. *Vid.* Babylas.
Barhadbesaba (Kartaminensis) m. 8.
Barhadbesaba diac. iul. 20.
Barhadbesaba m. apr. 8.
Barsauma Senensis febr. 3.
Barsaumas ep. m. in Hasri, p. 185.
Barse ep. Edessae ian. 12.
Bassus et Susanna mm. mai. 11.
Batle et Maria, p. 177.
Behnam, Sara et soc. mm. dec. 10. *Vid.* Martyres 40 Bartollenses.
Bisoes iul. 2.
Bochtiesus m., mai. 15.
Carpus ep. Saurae m., dec. 3.
Constantinus ep. Edessae iul. 25.
Constantinus ep. Laodiceae iun. 26.
Cyriacus disc. S. Iareth nov. 12.
Cyriacus m. Carrhis apr. 18.
Cyriacus patriarcha aug. 16.
Cyriacus Amidensis aug. 3.
Cyrus archimandrita nov. 10, dec. 14.
Dadiesus. *Vid.* Adurhormizd.
Damianus Alexandrinus 11 nov.
Daniel ep. Edessae ian. 11, ap. 28, iun. 30.
Daniel Galasensis mai. 2.
Daniel Habsosiathenus oct. 20.





Daniel ep. Kartaminensis dec. 9.
Daniel Scetensis iul. 2.
David Carrhanita feb. 4.
David sept. 25.
Dencha metropolita oct. 2.
Dencha m. sept. 25.
Dioscorus aug. 30, sept. 4.
Dometius sept. 24 (oct. 4?).
Ebediesus mai. 16.
Eleazar Habsenosita mai. 4.
Elias oct. 2.
Elias ep. Ainvarda feb. 25.
Elias patr. Antiochensis nov. 3.
Elias (Heliopolitanus) m. febr. 1.
Elisaeus Garbiensis mai. 11.
Elisaeus Tanhirensis aug. 24.
Esdras febr. 5.
Eulogius aug. 10.
Eusebius solitarius febr. 29.
Eusebona aug. 11.
Euthal oct. 9.
Euthal Magdalensis iun. 3.
Fraterculi 10 Kartaminenses mm. oct. 6.
Gabriel ep. Edessae dec. 23, iul. 7.
Gabriel Kostanensis dec. 23, aug. 31.
Gaiana sept. 27.
Gamaliel et Habib aug. 2.
Georgius Graecorum oct. 14.
Georgius m. nov. 3.
Georgius patriarcha dec. 2 et 7.
Georgius Carrhanita febr. 20.
Gregorius Barhebraeus iul. 30.
Habib diac. iul. 4.
Habib. *Vid.* Gamaliel.
Habib Scetensis sept. 20.
Heraclas Capharsamensis ian. 24.
Hevara Bar Theodorus nov. 22.
Hevarta (Astina) mater S. Abai febr. 1.
Hilaria nov. 27.
Iacobus Aegyptius sept. 14.
Iacobus Baradaeus mart. 22.
Iacobus Edessenus febr. 19, iun. 5, iul. 29.
Iacobus Pesiltae iul. 30.
Iacobus Sarugensis nov. 25.
Iared patriarcha mart. 1.
Iareth Alexandrinus oct. 27, nov. 12.
*Iaria* v. m. mart. 30.
Iazdin solitarius iun. 21, sept. 22.
Iazdin Bar Adurmiz sept. 21 (cf. praec.)
Iazdinducht m. apr. 7.
Ignatius Melitinensis oct. 15.
Iohannes Arabs nov. 5, aug. 29.
Iohannes Bar Abdun patriarcha febr. 1.
Iohannes Bar Aphthonia nov. 4.
Iohannes Bar Naggare, p. 179.
Iohannes Capharseniensis sept. 5.
Iohannes Carrhanita dec. 21.
Iohannes Cephanae mai. 1.
Iohannes Dailamita mart. 31.
Iohannes Edessenus ian. 31.
Iohannes Kartaminensis nov. 10.
Iohannes Mardensis iul. 12.
Iohannes patr. febr. 25.
Iohannes Tellensis feb. 6.
Ionas ep. nov. 10.
Ionas Hachensis sept. 28.
Ionas in terra Bidlis, p. 28.
Isaac patriarcha dec. 1.
Isaac sept. 3
Isaac et Symeon ep. Edessae mai. 15.
Isaias Edessenus aug. 4.
Isaias Halabensis oct. 15.
Isaias paedagogus nov. 25.
Isidorus ep. Carrharum febr. 4.
Isidorus ian. 20.
Iulianus patr. nov. 28, apr. 9, iul. 9.
Kardag m. apr. 1.
*Karkus* m. mai. 5.
Kasis sept. 15. *Vid.* Presbyter Hachensis.
Kenan patr. iun. 13.
Kuna (Conon?) et Saad ep. Edessae sept. 3.
Kura (Cyrus?) ep. Edessae sept. 15.
Kurbur (Corebor) dec. 14, mart. 28.
Lamech patr. mart. 18.
Laurentinus, Agrippas et soc. mm. aug. 10, sept. 27.
Lazarus Confessor aug. 3.
Lazarus e Zagug ian. 3.
Lazarus Turabdinensis ian. 3.
Mahducht ian. 12 et 23.
Mahlaleel patr. apr. 2.
Malchus disc. S. Augin apr. 21, sept. 1.
Mallus ep. m. oct. 16. *Vid.* Miles.
Mamelchta oct. 5.
Marcus solitarius oct. 27.
Marcus Tarmakanus mai. 20.
Mari e Beth Sahde oct. 1, nov. 10.
Maria. *Vid.* Batle.
Maria Scetensis sept. 27.
Maron Ainvardensis iun. 20.
Martyr Hachensis dec. 1.
Martyres Aegyptii nov. 24.

Martyres 40 Bartollenses apr. 15.
Martyres e coenobio Maiore oct. 21.
Martyres Galatæ ian. 29.
Martyres in coenobio Karkaphtæ oct. 2.
Martyres Kartaminenses. *Vid.* Fraterculi.
Martyres Kartaminenses 483 oct. 6.
Martyres 1000 in Killith sept. 20.
Martyres 11434 cum Ciryco dec. 14.
Martyres 12000 ian. 23, mai. 16, sept. 27.
Martyres 12635 apr. 16.
Matthaeus solitar. sept. 18.
Maruthas Tagritensis mart. 10, mai. 1.
Mathusaleh sept. 23.
Maximus et Dometius, ian. 12.
*Mekadasta* mai. 5.
Michael et soror eius mm. mai. 1.
Miles ep. m., nov. 13, dec. 15. *Vid.* Mallus.
*Parkia. Vid.* Pharkia.
Paulus Edessenus aug. 23.
Paulus Interpres apr. 22.
Pethion oct. 25.
Petrus Antiochensis apr. 22.
Petrus Callinicensis apr. 21.
Petrus Iberus nov. 25, dec. 1.
Petrus Patriarcha nov. 19.
*Pharkia* ian. 9.
*Pherubar* (Pherbutha) apr. 9.
Philoxenus dec. 10.
Philoxenus Mabbugensis febr. 18.
Phinees Hachensis oct. 15, apr. 28.
Platonius ep. m. oct. 1 et 8.
Presbyter Hachensis ian. 27. *Vid.* Kasis.
*Probael* dec. 19.
Rabbulas ep. Edessae aug. 8.
Ruben aug. 1.
Ruben et soc. aug. 4.
Saad ep. Edessae sept. 3.
Sabai solit. et ep. aug. 20 et 24.
Sabas m. ian. 23, apr. 16, aug. 16.
Sabbatius mai. 3.
Sabellius et Sapphira aug. 5.
Sabra dec. 7.
Sabra e Modiad iun. 3.
Saina sept. 16.
Sallita nov. 15.
Samuel Kartaminensis mai. 15.
Sancti e coenobio Sancti Abchai mart. 14.
Sancti in Harbta de Tuthe dec. 10.
Sapphira *Vid.* Sabellius.
Sergius in monte Sahio dec. 14 et 23.
Sergius in coenobio Zukenin dec. 30.
Sergius Baradaei syncellus iul. 2.
Sergius diac. Huzrensis febr. 24.
Severus Antiochensis febr. 8.
Severus Bar Maska patriarcha oct. 21.
Severus e Capharse ian. 29.
Severus Mathematicus iul. 20.
Severus Samosatenus nov. 18.
Silvanus Edessenus apr. 23.
Silvanus apr. 11.
Sinuthius ab. iul. 1.
Sirina m. febr. 8.
Sophonias ab. Kartaminensis ap. 29.
Stephanus coenobiarcha mart. 19.
Susanna. *Vid.* Bassus.
Symeon Carrhanita ian. 3, iun. 3.
Symeon Darensis febr. 25.
Symeon ep. Edessae dec. 23.
Symeon Graecus nov. 18.
Symeon Karkaphtensis dec. 8.
Symeon Kartaminensis oct. 2, ian. 4 et 18.
Symeon Maritimus (Symeon styl. iun.) mai. 21.
Symeon Papensis ian. 11.
Symeon aug. 12.
Talia m. febr. 1, aug. 8.
Theodorus patriarcha nov. 1
Theodosius Kartaminensis ep. et soc. mm. nov. 26.
Theodotus Amidensis aug. 15, sept. 8.
Thomas ep. Carrharum iul. 5.
Thomas ep. Germaniciae iun. 25.
Thomas stylita Tellensis mart. 23.
Thomas Turabdini ep. sept. 24.
Thomas ep. et conf. oct. 8.
Timotheus Alexandrinus febr. 21, iul. 30.
Timotheus Edessenus ian. 15.
Tuthael stylita Kartaminensis aug. 12.
Urbanus. *Vid.* Babylas.
Zacha (Nicodemus?) mart. 11.
Zachai iul. 25.
*Zalphi* (Halphaeus m. Caesareae) nov. 15.
Zeoras Amidensis mart. 16.
Zeoras iun. 10.
*Zurbar* nov. 8.

# BULLETIN

## DES PUBLICATIONS HAGIOGRAPHIQUES

**N. B. Les ouvrages marqués d'un astérisque ont été envoyés à la rédaction.**

53. — *W. E. Crum. **Hagiographica from Leipzig manuscripts**, Extraits des Proceedings of the Society of Biblical Archæology (1907), paginé 289-96; 301-307. — Le catalogue des manuscrits mahométans de la bibliothèque de l'université à Leipzig, récemment publié par M. Vollers, contient, dans une sorte d'appendice, une description des mss. coptes du même dépôt, due à la plume expéditive de M. J. Leipoldt. Ce fonds avait déjà passé par les mains de M. W. E. Crum, qui trouva dans ses notes de quoi assaisonner de quelques utiles remarques les éloges qu'il donne au travail du jeune érudit. Son article, conçu d'abord sur le plan d'un compte rendu (p. 289), a gardé quelque trace de sa destination première, c'est-à-dire qu'il affecte un peu trop la forme d'un commentaire à un texte que le lecteur n'a pas sous les yeux. Une autre raison, toute à l'honneur de M. C., rend plus malaisé encore de prétendre contrôler ou compléter ces *Hagiographica*. Les quelques menus débris de documents dont la provenance y est laissée indécise, ne pourraient guère être identifiés qu'à l'aide d'autres fragments eux-mêmes encore inédits. M. C. connaît mieux que personne au monde ce détritus de littérature copte épars dans les bibliothèques d'Europe et d'Égypte. Sur les points où ses recherches n'ont pas abouti, nous n'avons aucune chance de réussir à les pousser plus loin. Il est même permis de penser qu'il s'est donné une peine exagérée pour trouver une attache historique à certains des textes qui l'occupent, par exemple au panégyrique de l'archange Gabriel par Archelaus, évêque de Dânâh-Dânâhâ-Irâ-Neapolis (p. 293-94). Rien que cette diversité de noms est déjà du plus mauvais augure. On pourrait essayer de la réduire en partant de la forme syriaque ܚܕܬܐ, *Hadeth* (Neapolis) qui d'une part aurait donné ܪܬܐ (d'où Irâ), et de l'autre, par l'agglutination ordinaire du préfixe ܕ, serait devenue *Dânâh* dans quelque mauvaise transcription arabe. Le cas n'en devient pas beaucoup meil-